


UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 00356756 7

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

NECROLOGIA GERMANIAE

TOMVS III.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMV

NECROLOGIA GERMANIAE

TOMVS III

DIOECESIS BRIXINENSIS FRISINGENSIS
RATISBONENSIS

EDIDIT

FRANCISCVS LVDOVICVS BAYMANN.

ACCEDVNT TAB. II.

67586
11/11

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMV

DD
3
HSN 4
E.3



In monumentis necrologicis seligendis et edendis quam sim ciam ac rationem secutus, accuratius a me exponitur eam in primi Necrologiorum voluminis praefatione tum in actis nostris (Neues Archiv VII, 22—23). Neque differt a primo volumine, quod dioeceses continet Augustensem Constantiensem Curicensem, hoc tertium, quo Brivinnensem Frisingensem Ratisbonensem complexus sum.

Adhibiti igitur inveniuntur etiam hic e mortuuariorum et amiversariorum libris tantummodo ii, qui sunt monasteriorum et ecclesiarum canonicalium; ceterarum ecclesiarum, capellarum, hominum privatorum¹⁾ si qui sunt, eos consulto neglexi praeter paucas notas ecclesiolae Carnolensis prope Brivinnam sitae easque propter vetustatem non spernendas.

Item in hoc quoque volumine e monasteriorum et collegiorum mortuariis librisque amiversalibus non edidi, nisi quorum notae necrologicae pleraeque, si minus scriptae, at compositae tamen essent ante a. 1300. Quam ob causam inter mortu-

¹⁾ Velut codex Stamsensis, nunc bibliothecae universitatis Oenipontanae 355, notae a domino de Aicha ab a. 1253 ad a. 1372 collectae continent. Quas omittere eo maiore mihi videbat iure, quo veri fiebat similis scriptus esse non in dioecesi Brivinnensi, sed in arce Tyrolii, dum auctor stipendium ibi Tyroleusis domini mereret. Qua in re si nitimur probabilitate, certum est notas necrologicas eas, quae in speciosissimo quodam codice seminarii clericorum Brivinnensis reperiuntur (pertingunt ab a. 1370 ad a. 1528), in arce Mindelberg prope Mindelheim in Suevia Bararica esse ortas, attribuendas igitur dioecesi Augustensi.

aria monastica praetermittuntur, ut quae aut nullas aut perpaucas notas anno 1300 praecedentes exhibeant, haec:

- Liber anniv. Beiharting. script. 1511. Clm. 1029 (recessio recentior est Ordinarius Monac. c. Deutinger, Beiträge IV, 6 et 213).*
- Necrologium Beuerberg. Clm. 3111 (sacc. XIV.), Clm. 1077 (sacc. XV.).*
- Necrologium Dietramszell. Clm. 1348 (sacc. XV.), Clm. 1349 (sacc. XVII.).*
- Necrologium Frauenzell. Cod. sacc. XVIII. parrochiae Frauenzell. Pal. Sup.*
- Liber annivers. eocl. collegiatae St. Andreae Frising. Codex tabularii Monac. „Reichsarchiv“ sacc. XV. (Lit. No. 87 et 161.)*
- Liber annivers. eocl. collegiatae St. Iohannis Frising. Codices eiusdem tabularii sacc. XIV. (Lit. No. 30) et sacc. XVI. (Lit. No. 31).*
- Liber annivers. ecclesiae collegiatae St. Viti Frising. Codices eiusdem tabularii sacc. XVI—XVII. (Lit. No. 62 (typis impressus), 63, 66.)*
- Necrologium Geisenfeld. Codex eiusdem tabularii sacc. XVI. Lit. No. 14, Clm. 1024 sacc. XVII.*
- Liber annivers. eocl. collegiatae Isen. Codices tabularii Monac. „Reichsarchiv“ sacc. XIV. (Lit. No. 33), sacc. XVI. (Lit. No. 34).*
- Necrologium Fratrum Minorum Kelheim. Codex eiusdem tabularii sacc. XV. („Francise. Lit. No. 284“).*
- Necrologium Fratr. Min. Landshut. Cod. eiusdem tabularii sacc. XV. („Francise. Lit. No. 296“), edit. Schriften des hist. Vereins für Niederbayern XIII, 347 ff.*
- Necrologium eocl. St. Crucis Landshut. Cod. bibliothecae Universitatis Monac. 323 saec. XV.*
- Necrologii Mariathal. fragmenta sacc. XIV. Folia membran. tabularii Oenipont. „Statthalterarchiv“.*
- Liber annivers. eocl. Beatae Virginis Monac. Cod. sacc. XV. excusantis bibliothecae archiepiscopalis Monac. No. I, 1908 (continet etiam nomina canonicorum ecclesiarum Hummistr. anno 1488 Monachium transtatae). Recensiones recentiores exstant in tabulario „Reichsarchiv“ (Lit. No. 67, 68, 69).*
- Necrologium Clarissar. Monac. Cod. eiusdem tabularii a. 1424 inceptus.*
- Liber annivers. Fratr. Min. Monac. Cod. eiusdem tabularii sacc. XV. („Francise. Lit. No. 309“). Fragmenta libri annivers. alterius sacc. XIV. (folium unum) Clm. 29079.*
- Necrologium carthusiae Prüll. Cod. eiusdem tabularii, 1621 scriptus (Lit. No. 35).*
- Liber annivers. Capellae Veteris Ratisbon. Cod. sacc. XV.*
- Necrologium Dominicanorum Ratisbon. Cod. capituli eocl. maior. Ratisbon.*
- Liber annivers. monast. st. Pauli Ratisbon. Cod. societatis histor. Palatinatus Superioris 1527 scriptus.*
- Necrologium monast. Scotorum Ratisbon. Cod. bibliothecae seminarii Ratisbon., 1731 compilatus. (Cuius necrologii „tentamen primum“ anno 1722 scriptum nunc est capituli eocl. maior. Ratisbon.)*
- Necrologium Reichenbac. Compilatio 1792 facta bibl. societatis histor. Palat. Sup.*
- Necrologium Spinskart. Compilatio 1700 facta, in tabulario „Reichsarchiv“ (Lit. No. 1) conservata.*
- Liber annivers. Wiyarn. Cod. bibl. archiepiscopalis Monac. c. 1500 scriptus.*

Præterii etiam folium a reverendo Patre Straganz Brixinae repertum, cum locum olim obtinisset in necrologio licet saeculo iam XI. scripto, tamen non Brixinensi, sed Augustensi.

Verum hæc cum ita ad propositum nostrum peragerentur, duo necrologia, quamvis paucas adnotationes ante a. 1300 factas comprehenderent, ab hoc volumine nolui abesse: alterum Inticense, alterum Ratisbonense. Ecclesia enim Inticensis iam a principibus Agilolfingis condita decimoque saeculo restaurata et in diocesi Brixinensi comitatuque Tyrolensi semper florantissima ne quo nitet amplae auctoritatis et venerandae vetustatis splendore hic fraudaretur, ex libro eius anniversali, qui ceteris quotquot supersunt antiquior est, sed ne ipse quidem præbet nisi quae scire referat solorum investigatorum rerum Inticensium, quaedam excerpta esse duci. Mortuariam autem S. Clarae Ratisbonensis, ipsam quoque præter antiquitates Ratisbonenses explorandas paene nullius momenti, ideo admissi, quod postquam a bibliotheca publica Parisina nuper emptum est, difficiliter videbatur adiri posse ab iis quorum interest.

Rursus ipse mihi consto, dum e mortuariis ante a. 1300 compositis quicquid vere necrologicum est edo integram, e mortuariis post illum annum incipientibus neque ultra annum 1500 progredientibus (hoc enim in unum ex operis lege subsistant Monumentorum Germaniae editiones etiam reliquæ) tantum eas notas eligo, quæ aliquo modo (imprimis autem, cum de rebus suo tempore gestis agunt, velut pag. 20 adu. 1) scitu digniora sunt. Eadem de causa quæ ibi erant de ecclesiis vel altaribus dedicatis, de missis annuâs, de anniversariis oblationibusque rite peragendis (ubi quid quali stipe faciendum sit prolixius quam pro nostro proposito solet indicari) magnopere breviate in adnotationibus meis coartavi, ita tamen, ut ipsorum scribarum verba et ibi et ubicumque in indice rerum et verborum repetenda essent presse sequerentur: unde monstruose dicta explicantur veluti pag. 16 pecunia aliqualis.

Compendiis in necrologiis edendis ator his:

abb. abba = abbas, abbatissa. — ann. = anniversarius, anniversarium. — archidiae., archieps., archipbr. = archidiaconus, = episcopus, = presbyter. — can. = canonicus. — cap. = capitulum. — confr. confr. = confrater. — eg. = congregatio, = nis. — cler. = clericus. — com., coma. = comes, comitissa. — cv., eva. (= e, = i) = conversus, conversa (= e, = i). — dec. = decanus. — diae. = diaconus. — ecc., eccl. = ecclesia. — eps, epi = episcopus, = i. — fr., fres = frater, fratres. — h. m. = huius monasterii. — l. la (le, li) = laicus, laica (= e, = i). — m., ma (me, mi) = monachus, monacha (= e, = i). — mgr. = magister. — mil. = miles. — n. nr. (nra., nri) = noster, nostra, nostri. — ob. = obiit, obierunt, obitus. — p., pr. = pater. — pal. = palatinus. — pbr., pbi = presbyter, presbyteri. — pleb. = plebanus. — ppos., pposa = praepositus,

= a. — s., ss. = sanctus, = a, = i. — sac. = sacerdos. — sor. = soror. — subdiac. = subdiaconus. — vic. = vicarius.

δ = denarius. — fl. = florenus. — H, h = Hallensis. — β = solidus. — lb. = libra.

Superest officium gratissimum, scilicet ut omnibus ūs, qui mihi hoc volumen et praeparanti et edenti vel publice favorunt vel privatim, gratias summas, quas debeo et in singulis praefationibus iam rettuli, etiam hoc loco testificer. Quorum numero addendus est Iohannes Haller, universitatis Giessensis nunc professor, qui, ut serius certior sum factus, notus Ilmmunstreuses ex Vaticano codice mihi descripserat. Maxime vero me devinxit Ludoricus Trunbe, qui non solum dum praest Monumentorum Germaniae Antiquitatibus, quarum pars sunt Necrologia, sed etiam munere eo abdicato, nec dictis nec factis unquam mihi voluit desse.

Dabam Monachii Septembre mense exeunte a. 1905.

Fr. Ludoricus Baumann.

HOC VOLUMINE CONTINENTVR

I.

DIOECESIS BRIXINENSIS.

	pag.		pag.
<i>Liber oblationum ecclesiae Brixinensis maioris</i>	3—10	<i>Necrologium Norae Cellae Brixinensis</i>	28—38
<i>Notae necrologicae Carnolensis</i>	11—12	<i>Liber annversariorum Norae Cellae Brixinensis</i>	39—47
<i>Liber oblationum Inticensis</i>	13—22	<i>Necrologium Stamsense</i>	47—59
<i>Necrologium minus Montis S. Georgii</i>	22—27	<i>Necrologium Wiltinense</i>	60—71
<i>Notae necrologicae Norae Cellae Brixinensis</i>	27—28		

II.

DIOECESIS FRISINGENSIS.

	pag.		pag.
<i>Necrologium Attilense</i>	75—76	<i>Necrologium Schefflariense</i>	116—132
<i>Notae necrologicae Ebersbergenses</i>	77—78	<i>Notae necrologicae Schefflarienses</i>	132—133
<i>Notae necrologicae ecclesiae maioris Frisingensis</i>	79—85	<i>Fragmenta necrologica Schirensia</i>	133—136
<i>Liber oblationum ecclesiae maioris Frisingensis</i>	85—96	<i>Necrologium Tegerense</i>	136—157
<i>Necrologium Fürstenfeldense</i>	97—103	<i>Liber oblationum et assignatio annversariorum monasterii Tegerense</i>	157—172
<i>Notae necrologicae Immanstrenses</i>	103—104	<i>Necrologium Undensdorfense</i>	172—198
<i>Liber annversariorum Mosburgensis</i>	104—108	<i>Liber annversariorum Undensdorfensis</i>	198—202
<i>Necrologium Raitenbuchense</i>	109—115	<i>Necrologium Weihenstephanense</i>	203—218
		<i>Notae necrologicae Weihenstephanenses</i>	219

III.

DIOECESIS RATISBONENSIS.

	pag.		pag.
<i>Necrologium Altae Superioris</i>	223—240	<i>Notae necrologicae Monasterii Inferioris Ratisbonensis</i>	289—296
<i>Liber oblationum ecclesiae maioris Ratisbonensis</i>	241—247	<i>Necrologium Monasterii S. Crucis Ratisbonensis</i>	293—300
<i>Liber annversariorum Fratrum Minorum Ratisbonensium</i>	247—260	<i>Necrologium Monasterii S. Emmerami Ratisbonensis</i>	301—334
<i>Necrologium Mallersdorfense</i>	260—267	<i>Necrologium Monasterii Superioris Ratisbonensis</i>	334—349
<i>Liber annversariorum Mallersdorfensis</i>	268—272	<i>Notae necrologicae Munchsmunstrenses</i>	349—350
<i>Necrologium Monasterii Inferioris Ratisbonensis</i>	273—289		

	<i>pag.</i>		<i>pag.</i>
<i>Necrologium Prufeningense</i>	350—357	<i>Fragmentum Walderdorffianum</i>	369
<i>Notae necrologicae Prufeningenses</i>	358	<i>Necrologium Weltenburgense</i>	369—383
<i>Fragmenta necrologii Rolarensis</i>	359	<i>Necrologium Windbergense</i>	383—405
<i>Necrologium Suebentalense</i>	360—368	<i>Fragmenta necrologica Prufeningensia</i>	405—408

Indices:

	<i>pag.</i>
<i>I. Index locorum et personarum</i>	411—522
<i>II. Personarum nomina rariora et nominum formae rariores</i>	523—529
<i>III. Index rerum et verborum</i>	530—533
<i>Corrigenda et addenda</i>	534

Tabulae 2 ad pag. 369

I.

DIOECESIS BRIXINENSIS



LIBER OBLATIONUM ECCLESIAE BRIXINENSIS MAIORIS.

Wintherus, ecclesiae episcopalis Brixinensis maior praepositus, capituli eius tam ex anniversariis per circulum anni celebrandis, quam ex aliis iuribus ortos redditus saeculo XIII. exacte conscribi iussit. Ipse tamen codex, qui Brixinensis capituli oblationes continet, demum Winthero mortuo scriptus est, quippe cuius nomen iam prima manu ad 8. Mart. additum exhibeat. Et ut accuratius dicam, cum etiam Henrici episcopi Brixinensis 7. Januarii 1295 mortui nomen manu prima in eo scriptum invenitur, non confectus esse potest nisi post hunc diem, annis scilicet ultimis saeculi XIII. Annis primis saeculi sequentis notis paucis necrologicis duo librarii cum adauerunt. Opus Wintheri in codice membranaceo constat, quem nunc „calendarium Wintheri“ nominare solenti asseratur hodie in tabulario imperiali Oenipontano. Quod calendarium vir optime meritus Resch iam saeculo XVIII. edere voluit totum, propositum autem suum, quamvis primas operis partes iam impressisset, capitulo Brixinensi rectae perficere non potuit.

Hic tantum necrologica ex Wintheri opere publicari, ommissis omnibus aliis notis, quae redditus capituli Brixinensis ex aliis iuribus genitos nominant. Notas manu prima scriptas literis maioribus, continuationes paucas literis minoribus insigniri. Directori tabularii Oenipontani, viro clarissimo Dr. Mayr, qui mihi calendarium Wintheri Monachiam libentissime misit, hoc loco gratias ago maximas.

Quia regnum celorum multipliciter acquiritur et acquisitum cum gaudio possidetur, capropter dominus Wintherus, Brixinensis ecclesie maior praepositus, utilitatibus canonicorum in futurum providere cupiens, meritorium sibi fore existimavit, utpote unum de genere honorum hoc reputans, si possessiones ad usus canonicorum pertinentes occultatas inveniret et congregare dispersas. Quae licet in introitu suo modice fuerunt, quoniam eunti ad scholas vel in peregrinatione vix duae marce pro uno solvebantur stipendio, sed (*sic*) postmodum cum decimis et possessionibus a venerabili Hainrico episcopo et antecessoribus suis aliisque bonis Christianis nobis collatis per gratiam dei plurimum sunt augmentate. Ubi autem site essent et quid et quantum redderent et quibus diebus haec vel illa inter canonicos distribuenda forent, a canonicis sui temporis ignorabatur, nec ¹⁾ in scriptis non essent annotata. Cum itaque de huius investigare proponeret et proposito insisteret, sollerti indagacione ac labore non modico voti sui compos est effectus, subtraecta inveniens et recolligens dispersa, et ne hoc iterato in recidivum relabi possit, quia tunc labor eius infructuosus disperiret, ea, quae bene collegit, in subiecto calendario in scriptis redegit et in anteriori parte paginae possessiones, unde servicia debentur, et in sequenti parte eiusdem paginae beneficia, quae oblationes dicuntur, et anniversarios

¹⁾ *Leg:* cum.

dies eorum, qui predictas possessiones dederunt, per totum annum locavit. Preterea possessiones reliquas, vinum, granum, caseos³⁾, denarios, pisces, oleum, avenam ad usum prebende solventes, cum pensionibus earundem suis locis fideliter et diligenter distinctas inseruit. Deinde possessiones ligna ad opus pistorum et coquina solventes cum beneficiis eorum, pistorum et aliorum claustrum servitium apposuit. Ea etiam, que temporibus suis labore et fidei administratione eius canonicis accesserunt, ne posteros suos laterent, consequenter subiunxit. Ad ultimum vero ea, que de redditibus propriis canonicis maioris ecclesie et sancte Marie in capella, sancto Michaeli et custodie ad lumen pro remedio anime sue et parentum suorum tradidit, notavit. Apposuit etiam ea, que ad lumen maioris ecclesie pertinent.

Incipit Kalendarium, continens anniversaria et redditus
canonicorum per circulum anni.

IANUARIUS.

- IV. non. 2. Hugo eps. ob., qui dedit nobis predium in Eznieh ad usum prebende. Kristina Sabionensis ob., que dedit curiam unam in Berbian, unde oblatio. Chunegundis de Curia ob., que dedit nobis duos agros apud Elves . . .¹⁾
- III. non. 3. Waltherus senior de Porta ob., pro anima cuius collate sunt nobis due curtes in Shalres, de quibus debetur oblatio.
- non. 5. Berhta la. ob., que dedit nobis predium in Neusanti ad usum prebende.
- VII. id. 7. Hanrius eps. ob., qui dedit nobis ad usum prebende decimam in Spingis persolventem 22 modios solidi grani, item vineam persolventem 4 urnas vini, sitam apud Stuvets.
- II. id. 12. Waltherus iunior de Porta ob., a quo habemus predium in Rikke, de quo debentur nobis annuatim 8 urne claustrales de vinea eadem. Chunradus de Rischon dec. ob., qui pro anima sua disposuit plenum servitium de curia inferiori in Merra in anniversario suo et unam oblationem de eadem curia in anniversarium domini Gotschalei, pro qua solvenda recepit in vita sua 50 lt. promptas a domino Gotschaleo. Hic etiam C. construxit de novo altare sancti Augustini, quod dotavit 9 marcis in redditibus, conferendis tantum bono sacerdoti per futurum decanum, qui sacerdos omni septimana celebrabit missas duas ad minus et tenetur frequentare chorum omni hora canonica et missis et ebdomadam observare in choro ad altare. Hec et alia multa fecit bona.
- XVIII. kal. 15. Eremberthus m. ob., qui dedit predium in Eznieh, unde datur servitium.
- XVI. kal. 17. Magister Hanrius de Werberch ob., a quo habemus curiam apud Stilyes loco, qui dicitur Riede, unde oblatio.
- XI. kal. 22. Reinberthus^{b)} l. ob., qui dedit nobis curiam in Tises et quosdam agros, unde solvuntur 60 δ in foro Mulbach.
- VIII. kal. 25. Anno domini 1237 de Rodan Arnoldus ob., qui dedit duas curtes, unam Arelei et aliam apud Grube, ita petens a dominis canonicis, ut annuatim precedenti die ante Conversionem²⁾ in remedium antecess-

¹⁾ Hoc verbum bis scriptum est ante et post denarios.

^{b)} Vel Reinberthus.

²⁾ Sc. s. Pauli

sonum suorum celebretur missa defunctorum, quousque ipse vixerit, et dabit¹⁾ plenum servicium.

- IV. kal. 29. Chalhohus^{a)} dec. ob., qui dedit nobis 2 curtes in Pharres, item alodium ibidem, unde solvuntur due oblationes.
II. kal. 31. Hertwicus eps. ob., de Eznich servicium. Othager de Niwenburch ob., qui dedit nobis 10 tt Veronensium.

FEBRUARIUS.

- kal. 1. Hugo de Schöneke ob., qui dedit curiam in Nuders et aliam apud Mulbach, plenum servicium.
non. 5. Magister Hademarus ob., et datur oblatio de domo, qua residebat, et de quodam agro iuxta Populum et quadam vinea novella.
XIV. kal. 16. Ulricus can. de Laiano, ppos. capelle sancte Marie, ob., qui dedit nobis curiam in Sarns, unde oblatio. Item dedit curiam apud Tuls, unde lumen ante publicum altare die noctuque ardere debet.
VIII. kal. 22. Fridricus de Rodanch ob., qui dedit predium ibidem, de quo datur servicium plenum.
VI. kal. 24. Irmigardis uxor Agnelli ob., unde datur oblatio de curia in Neusan, quam disposuit maritus eius dari in anniversario eiusdem, et eandem curiam integraliter dedit filius eorum Perchtoldus in usum canonicorum, ut anniversarius eius cum processione agatur.
IV. kal. 26. Reüberthus iunior de Welphesperch ob., qui dedit mediam hubam in Curnol, de qua datur oblatio.

MARTIUS.

- IV. non. 4. Agnes de Howenstain ob., que dedit novum librum matutinalem.
III. non. 5. Hugo nobilis ob., qui dedit alodium quodam, unde solvitur tt I Veronensium.
VIII. id. 8. Wintherus ppos. ob., qui dedit nobis curiam quandam apud ecclesiam in Avers et curtem armentariam in Colmezan, unde plenum servicium.
II. id. 14. Dominus Wilhelmus de Rodanch, dyac. et can. Brixinensis, ob., pro cuius memoria pater suus, dominus Arnoldus, dedit curiam in loco, qui dicitur Gräbe, in monte Rodanch ad oblationem persolvendam in anniversario suo. Alhaidis uxor Wilhelmi de Foro ob., que dedit molendinum, unde solvuntur 6 tt pro oblatione.
id. 15. Anno domini 1087 Chunradus dyac. et custos ob., qui dedit curiam vinariam in Griez, sitam in plebe Chellers, de qua solvuntur 6 tt
XVII. kal. 16. Wilhelmus de Velturns ob., qui dedit nobis molendinum apud Velturns, oblatio.
XII. kal. 21. Gūto pbr. et can. ob., qui dedit decimas de agris quibusdam Brixine.
IX. kal. 24. Magister Ortolfus can. ob., qui dedit curiam in Weitintal, oblatio. Sophia de Vohesperch ob., a qua habemus curiam in Volnesse, unde datur oblatio.
VII. kal. 26. Reinbertus^{b)} ppos. ob., qui dedit curiam²⁾ in Ransbuecke et curtem in Rischone, de quibus servitur plenarie die precedenti et pauperes reficiendi; cum cruce et candelis visitatur sepulchrum.

^{a)} Orig. Chalhohus. ^{b)} Vel Reinbertus.

¹⁾ Leg. dabitur. ²⁾ „Curiam“ scriptum est super „vineam“. Fortasse librarius scribere voluit: „curiam vinariam“ (cf. 10. Maii).

- IV. kal. 29. Anno domini 1217 Vhricus ppos. ob., qui dedit nobis curiam in Chnieboz, unde datur plenum servicium.

APRILIS.

- kal. 1. Rappoto l. ob., qui dedit agrum in Vinteln, unde dantur 12 δ .
 IV. non. 2. Hanricus cellerarius ob., qui dedit molendinum in Foro Antiquo, unde dantur 2 tt .
 III. non. 3. Gotschalens de Fassia archidiaec. Brixinensis ob., in cuius anniversario solventur 5 tt Veronensium de curia domini Chunradi decani in Merra Inferiori.
 II. non. 4. Hartmannus com. de Chirchperch ob., oblacio solvitur.
 VIII. id. 6. Fridericus Gospodo de Seisse ob., de cuius novali et domo debetur oblacio.
 XV. kal. 17. Hanricus maior ppos. huius ecclesie ob., qui domum a fundo decanatu et novale apud Camplunch excoluit, unde debetur plenum servicium. Cunradus Lithus can. ob., a quo habemus curiam in Calphubs, unde oblacio.
 XII. kal. 20. Wilhelmus civis Brixinensis ob., qui dedit 6 tt Veronensium de molendino apud portam pro oblacione, ut in perpetuum sui memoria haberetur.
 IX. kal. 23. Altmannus ob., a quo habemus 30 δ .
 VIII. kal. 24. Marchquardus dec. huius ecclesie ob., unde datur oblacio ex Lusen de curia in Pach.
 IV. kal. 28. Fridericus de Schonmeke ob., qui dedit curiam in Phunders, unde plenum servicium.

MAIUS.

- kal. 1. Hanricus com. de Wolveratelusen¹⁾ ob., qui dedit predium in Vinteln, unde dantur 32 tt Veronensium. Luipoldus ob., qui dedit predium in Wital, unde dantur 20 δ . Item Chunradus de Rodanch ob., qui dedit dimidiam hubam, de qua datur servicium plenum. Item Dietmarus rusticus ob., de quo debentur 20 δ .
 V. non. 3. Hanricus de Fragenstain, can. Brixinensis, ob., qui dedit curiam in Stannes, que solvit 12 tt , item dedit medium molendinum in plebe Etninich in Tale, quod post obitum domini Wintheri libere cedet capitulo. Perhtoldus Schaf miles ob., qui dedit curiam in Neusau, de qua datur oblacio in anniversario uxoris sue, scilicet in festo sancti Mathie.
 IV non. 4. Fridericus et Agnes coniuges de Merano emerunt curiam uf Hëlln, quoniam anniversarius isto die cum missis et elemosinis, sicut inferius continetur, celebrari debet, videlicet cum sex sacerdotibus, qui de sero „placebo“ et in mane dicant missas pro defunctis, quibus debet provideri de prandio per hospitalarium et de duobus cuilibet viginti, item pauperibus debent distribui sex galete siguli pro caseo et pane; quicumque hospitalarius hec facere neglexerit, in extremis reddet coram districto iudice rationem.
 II. non. 6. Hanricus nobilis ob., qui dedit curiam, de qua datur 1 tt . Item Wilhelmus nobilis ob., qui dedit predium in . . .²⁾ de quo dantur 30 δ .

¹⁾ In margine maius recentissima notatum est: „Legitur in diplomate de anno 1155.“ ²⁾ Nomen loci omissum est.

- VI. id. 10. Elizabeth filia Wilhelmi dicti Urlent ob., que dedit 10 tt., ut exinde compararetur lumen ad publicum altare, ut sui memoria haberetur. Hebrandus can. et sac. ob., qui dedit nobis curiam vinariam in Kamsenaie, pro cuius memoria datur oblatio secunda de Rivaie.
- IV. id. 12. Ulrichus Seneburgensis ob., qui dedit nobis decimam in Weiptal in loco, qui dicitur Tale, unde solvuntur 12 tt. Veronensium, item allodium quodam in Verne et aliud in Gred.
- III. id. 13. Goldeschalens subdyac. ob., qui dedit predium in Vilanders, unde solvitur oblatio, item de Viplan datur oblatio.
- XVI. kal. 17. Rüpertus I. ob., qui dedit curiam in Stubay, unde solvuntur 8 tt.
- XIII. kal. 20. Ulrichus can. s. Marie ob., qui dedit curiam armentariam in Lusen et 2 areas in Runkada, unde hospitalarius debet oblacionem et sacerdotibus 1 tt. et pauperibus modium forensis mensure et 50 caseos. Dominus Ernestus, urbis prefectus ob., qui dedit curiam Niderverne ad usum prebende.
- XII. kal. 21. Chunradus dictus de Grizz ob., qui excoluit et plantavit vineas in Merra et reliquid (*sic*) nobis in usum prebende.
- XI. kal. 22. Chunradus I. ob., qui dedit curiam in Valkente, unde datur oblatio.
- X. kal. 23. Heinricus dec. ob., qui dedit nobis curiam in Sarens et vineam adiacentem, unde dantur 6 urne vini ad completorium canonicis et clericis in Quadragesima. Ortolfus pbr. et can. ob., qui dedit agrum Brixine, qui dicitur Liten, quinque iugerum continuum, et vineam Bozani, unde oblatio.
- IX. kal. 24. Chunradus pleb. Brixinensis ob., qui dedit duas curias, unam apud Vilanders et alteram apud Gerrut super Pingazon, unde 2 oblaciones.
- VIII. kal. 25. Eberhardus subdiae. ob., qui dedit mansum in Elphes et 5 agros Brixine.
- V. kal. 28. Altemannus can. et custos ob., qui dedit nobis 2 vineas in plebe Chelrsitas.
- III. kal. 30. Hartmannus 26 annorum ppos. noster ob.
- II. kal. 31. Arnoldus de Schonnecke iunior ob., qui dedit curiam . . .¹⁾

IUNIUS.

- kal. 1. Anno domini 1273 venerabilis eps. Egno Tridentinus ob., qui dedit nobis 100 tt., ut sui memoria habeatur et pro ipsa pecunia possessiones comparantur.
- III. non. 3. Richerus eps. ob., pro cuius memoria solvitur oblatio de duabus curiis in Avers, de quodam allodio in Schöves, de quodam allodio in Riede et duabus vineolis Bozani et Kestelan.
- non. 4. Albertus de Voitsperch can., qui factus est laycus, de cuius morte reverse sunt ad capitulum due curie in Schahrs, quas habuit a capitulo: pro oblacione dedit etiam nobis propriam domum in civitate et capellam s. Gothardi cum arcibus adiacentibus; quicumque est summus prepositus, debet eandem domum tenere et capellam conferre, et anniversarius Alberti et Heinrici fratris sui debet memorari; vacavit etiam nobis ab eo curia vinaria in Rikke.
- VII. id. 7. Rodolfus pleb. ob., qui dedit decimas in Olagen et in Spinges cum quatuor arcibus in Runkada et orto, unde oblatio.

¹⁾ Nomen loci omissum est.

- V. id. 9. Arnoldus archipbr. ob., qui dedit curtem in Nözes.
 III. id. 11. Mahthildis de Mittersela ob., que dedit decimam, unde solvuntur 10 lt.
 XVI. kal. 16. Gerunch I. ob., qui dedit predium in Algunde ad usum prebende.
 XI. kal. 21. Eberhardus archieps. Salzpurgensis, quondam eps. Brixinensis, ob., qui dedit nobis duos calices deauratos et auratam pallam altaris et duas cappas meliores, et monasterium dedicavit. Richza la. ob., pro qua datur oblacio de curia Rodanch.
 V. kal. 27. Vischaleus de Rifenstaine ob., qui dedit nobis curtem vinariam in Paräbuhle, unde debentur due oblaciones.
 II. kal. 30. Ulricus nobilis com. de Ultimis ob., qui dedit ecclesie Brixinensi ad mensam episcopalem pro remedio anime sue castrum sancti Petri in superiori valle Eni cum omnibus pertinenciis suis et cum valle, que dicitur Ezital, sicut in privilegiis ipsius plenius continentur, preterea contulit canonicis Brixinensibus 30 marcarum redditus sitos apud . . .¹⁾ ex hiis procuretur honeste anniversarius et continua fiat oracio pro anima.

IULIUS.

- kal. 1. Dominus Heinricus Brixinensis, qui dedit nobis tres curias, unam apud Walkemie,^{a)} aliam in Senges, tereiam in Pausehe ad serviendum dominis plenarie in die sancte Katherine et ad dandas duas urnas pro remedio patris et matris sue, item curiam apud Sumereke ad tres galeas olci ad luminaria sancte Katherine, ob. Hec omnia erunt in manu decani, quicumque fuerit. Arnoldus de Rodanch ob., qui dedit nobis curtem villicam apud s. Georgium, unde servicium plenum.
 IV. non. 4. Fridericus de Voltesperch ob., qui dedit curiam in Voltesse, unde 2 lt.
 V. id. 11. Arnoldus de Schoneke senior ob., qui dedit curiam super Torrenden, qui dicitur Pirche, et aliam curiam ibidem, de quibus plenum servicium.
 III. id. 13. Albertus de Tis ob., pro remedio cuius lt 2.
 id. 15. Otager I. ob., qui dedit vineam in Placedel, unde dantur 12 ð.
 XVI. kal. 17. Bertholdus eps. ob., a quo habemus curtem unam in Lazevons, unde solvuntur 2 oblaciones, una in anniversario suo, altera in anniversario Chunradi epi.
 XIV. kal. 19. Heinricus eps. ob., qui in multis nobis benefecit, in memoriam cuius copiose servitur dominis de curia in Phepherlant et hûba I. in Vrummes in allodio, I. in Witental.
 XII. kal. 21. Fridericus I. ob., qui dedit curiam in Torrenden, qui dicitur in Vorste; servicium plenum.
 X. kal. 23. Eberhardus com. ob., qui contulit predium in Millan ad usum prebende.
 III. kal. 30. Albertus Zant ob., qui contulit curtem in Albiuns, unde solvitur car-rata vini.

AUGUSTUS.

- kal. 1. Reimbertus^{b)} Gerro ob., qui dedit nobis duas curias, unam in Buren loco, qui dicitur Bach, aliam in Pfins.

^{a)} Vel Walkeme.^{b)} Vel Reimbertus.¹⁾ Nomen loci omissum est.

- non. 5. Grimoldus de Castelrut ob., qui dedit curiam in Pathian, unde oblatio.
 VIII. id. 6. Com. Hermannus de Fromburch ob., qui dedit ecclesie . . .¹⁾ valens
 8 marcas.
 IV. id. 10. Bernhardus dec. ob., unde oblatio.
 XVII. kal. 16. Wilhelmus archidia. ob., qui dedit curiam in Avers, unde oblatio.
 XIII. kal. 20. Arnoldus com. et advocatus ob., qui dedit predium in Walde, unde
 solvuntur 32 fl Veronensium.
 XI. kal. 22. Hebrandus l. ob., qui dedit curiam in Perbian, unde solvitur oblatio.
 Rüdolfus miles de Severs ob., qui dedit nobis ortum in Bozano in
 loco pontis, unde dantur 3 fl.
 X. kal. 23. Anno domini 1288 in die sancti Bartholomei eps. Bruno ob., qui con-
 tulit capitulo Brixinensi ecclesiam sancti Michaelis, et est sepultus
 ante aram sancti Stephani iuxta tumbam beati Hartmanni.
 III. kal. 30. Chunradus Schaf can. ob., pro cuius memoria et parentum suorum
 Berhtoldus miles, frater suus carnalis, cum filio suo dedit curiam
 sitam in Neusan, unde datur oblatio post mortem matris.

SEPTEMBER.

- kal. 1. Fridericus de Welfesperch ob., qui dedit mediam hūbam in Snuders,
 unde solvi[tur] oblatio. Haucius de Phalzen can. ob., qui dedit
 nobis curiam in Mulewalt, unde solvitur oblatio.
 III. non. 3. Chumegundis de Welfesperch ob., que dedit hūbam in Noz, unde sol-
 vitur oblatio.
 V. id. 9. Chunradus ppos. ob., qui dedit nobis novellam vinearum, unde plenum
 servicium datur in festo Augustini et in anniversario ipsius; de eadem
 novella dantur 2 fl Veronensium, que inter sacerdotes debent distribui.
 IV. id. 10. Paneracius Sub Turri²⁾ ob., qui dedit curtem Vell. in Gerute, unde
 solvuntur 10 fl
 XVIII. kal. 14. Reinbertus³⁾ eps. ob., pro cuius memoria de vi Exalt. sec. Crucis plan
 solu ob.³⁾
 XIV. kal. 18. Bernherus archipbr. ob., a quo habemus curiam in Alsit ad usum pre-
 bende.
 V. kal. 27. Berhta coma. de Chirepereh ob., oblatio solvitur de parochia.

OCTOBER.

- VIII id. 8. Judewicus^{b)} l. ob., qui dedit curtem in Gredene, unde solvitur oblatio.
 IV. id. 12. Hertwicus can. sac. ob., a quo habemus predium in Witental, unde
 solvitur oblatio.
 II. id. 14. Cunradus eps. ob., pro quo oblatio, ut supra Alexii.⁴⁾

^{a)} Vel Rembertus.^{b)} Leg. fortasse Ludewicus.

¹⁾ Nomen et genus doni omissum est. ²⁾ Rescius, qui legit „subterri“, interpretatur: „glauh ich, muss heissen subdiae.“ ³⁾ Hæc nota iam a scriptore calendarii non recte scripta est. Rescius opinatur: „de vi rielleicht von wegen oder in die, was plan bedeuten soll, nescio“. Notam sic sanandam esse puto. „Exalt. s. Cr.“ spectat ad calcularium, in quo hoc festum desideratur, quam mentem scriptor calendarii delere voluit; scripsit igitur „Ex. s. Cr.“ atramento in margine notæ præfatur, cum colore rubro alia festa in calendario addidisset; qua re efficit, ut hæc verba falso cum nota necrologica misceantur. Legendum esse mihi videtur: „Exalt. sancte Crucis. Reinbertus eps. ob., pro cuius memoria de Viptan solvitur oblatio.“ ⁴⁾ 17. Julii.

- id. 15. Chunegunt la. ob., in Stegene dedit curiam, unde solvitur oblatio.
Fridericus Rufus de Zinzages ob., qui contulit huic ecclesie s. f. 1) hūbam suam. 2)
- XIII. kal. 20. Dominus Albertus ppos. et custos ob., qui dedit curiam.
- XII. kal. 21. Reinbertus Sabionensis ob., qui dedit hūbam unam in Vilanders, unde solvitur oblatio, et aliam in anniversario uxoris sue.
- VIII. kal. 25. Domina Offemia ob., pro cuius memoria filius eius dedit curtem in Valeaie, unde solvitur oblatio.
- VII. kal. 26. Perchtoldus subdiac. ob., qui dedit curtem Rivaie, unde oblatio.
- IV. kal. 29. Hertwicus nobilis ob., qui dedit curtem in Gredene, unde oblatio.

NOVEMBER.

- V. id. 9. Rūpertus I. ob., qui dedit curtem in Hovere, unde debetur plenum servicium in die s. Martini. Vizicha la. ob., que dedit curtem Alsit et Aruste, unde oblatio.
- III. id. 11. Amelricus I. ob., qui dedit curtem in Kurnol, unde oblatio. Godeschaleus I. ob., qui dedit curtem in Sebeves, unde oblatio.
- XIII. kal. 19. Hainricus Brixinensis ob., qui dedit nobis curiam in Vellis loco, qui dicitur Bōze, unde oblatio.
- XII. kal. 20. Ulschaleus senex ob., qui dedit curtem vinariam in Meies ad usum prebende.
- XI. kal. 21. Trutmannus I. ob., qui dedit predium in Vliete, unde oblatio.
- X. kal. 22. Heinricus cum Crīne ob., qui dedit nobis bonam curiam Elbelingen.
- VIII. kal. 24. Eberhardus I. ob., qui dedit vineam in Schrenbach.

DECEMBER.

- III. non. 3. Hertwicus I. ob., qui dedit curtem in Schalrs, unde oblatio.
- VI. id. 8. Iutta la. ob., a qua habemus in Kurnol ad s. (crucem. 3)
- XVIII. kal. 15. Heinricus de Neunburch can. et custos ob., qui dedit 2 curtes in Auer, unde oblatio.
- XV. kal. 18. Heinricus eps. ob., qui dedit curtem apud Sulzei, unde dantur due carrade, unde solvuntur 3 . . . 4) Minigo I. ob., qui dedit curtem in Zesemme, unde oblatio. Ekchardus Gerro senior ob., a quo et fratre suo, canonico Heinrico, habemus curiam in Pūren, unde annuatim solvuntur 3 u.
- X. kal. 23. Beatus Hartmannus eps. ob., pro cuius memoria servitur nobis de curia quadam in Gravendorf et de alodio quodam in Moranseu.
- IX. kal. 24. Melthildis Sabionensis ob., que dedit curiam in Gredene, unde dantur 10 u. Fridericus de Hauwenstain archydiac. et can. Brixinensis ecclesie ob. anno domini 1263, qui dedit nobis curiam in Kamertein.
- VII. kal. 26. Svenehilt la. ob., que dedit nobis curiam apud Serenthin, unde oblatio.
- V. kal. 28. Gerbirgis ob., a qua habemus curiam in Noces, unde oblatio.

1) Intellegendum esse puto: „sancte Crucis“, cf. s. Dec. Si recte interpretatus sum, dedit Fridericus hūbam ecclesie hospitalis s. Crucis Brixinensis, quae caputli Brixinensis fuit. 2) Hanc notam et notam 14. Octobris idem scriptor saeculo XIV. incunte inscripsit. 3) Huius verbi loco nihil invenitur nisi signum crucis. — Haec notam scripsit etiam idem librarius, qui notam 13. Oct. addidit. 4) Erpendum esse videtur „u.“

NOTAE NECROLOGICAE CARNOLENSIS.

In calendario missalis membranacei, quod olim ecclesiae rici Carnol nominati apud Brixinam siti fuit et nunc in bibliotheca seminarii episcopalis Brixinensis asservatur, notas necrologicas saeculo XII. incunte scriptas invenimus. Ex quibus dolendum est nonnullas praesertim in mense Augusto inscriptas valde detritas esse; itaque gratias agamus viro bene merenti Reschio, qui saeculo XVIII. calendarium descripsit, nam notae aliquot nunc detritae usque ad illud tempus legi poterant.

Hic notas manu prima scriptas literis maioribus, nomina saeculo XII. addita literis maioribus latius dispositis, literas, quae in exemplari Reschii solum legi possunt, literis minoribus nunc inclusis distincti.

IANUARIUS.

V. id.	9.	Adolt l. ob.
III. id.	11.	Christina la. ob.
XVII. kal.	16.	Erimpreht m. ob.
V. kal.	28.	Indita la.
III. kal.	30.	Hartwicus eps.

FEBRUARIUS.

IV. non.	2.	Adalmanus l.
VII. id.	7.	Adolt l.
XV. kal.	15.	Kadalhoc pbr. ob.
X. kal.	20.	Ambrosia la. ob.

MARTIUS.

V. non.	3.	Atwinus ¹⁾ eps. Kazi[li vicidominus]
VIII. id.	8.	Pezilinus archipbr. ob.
VI. id.	10.	Gerdrut l.
V. id.	11.	Spanahilt l.
III. id.	13.	Gotta l.
II. id.	14.	Ambrosia l.
XIII. kal.	20.	Dedicatio capelle s. Iohannis Baptiste
V. kal.	28.	Vizicha l.

APRILIS.

VII. id.	7.	Liukart l.
VI. id.	8.	Erchinger l.
III. id.	11.	Razila l.
VIII. kal.	24.	Enzi pbr. ob.
II. kal.	30.	Paneraei[us ppos. ob.]

MAIUS.

IV. non.	4.	Gerhohe diae. ob.
V. id.	11.	Gebhardus Tridentinus eps.
II. id.	14.	Altmannus dec. ob.

¹⁾ *Leg.* Altwinus.

IUNIUS.

IV. id. 10. Adalmannus dec. ob.

IULIUS.

III. id. 13. S[erut]olt l.

AUGUSTUS.

V. id. 9. Poppo eps. ob.

IV. id. 10. Brunihilt l.

XVIII. kal. 15. Eppo l.

XI. kal. 22. Heribrant l. ob.

X. kal. 23. Wizila l.

VII. kal. 26. Otto subdiac.

II. kal. 31. Hartwich l.

SEPTEMBER.

non. 5. Absalon pbr. ob.

VII. id. 7. Ekkirich l. ob. Wunniburch ob.

II. id. 12. Liutpolt ob.

XVI. kal. 16. Baldemarus ob.

XIII. kal. 19. Huch l. ob. Iudita ob.

V. kal. 27. Engilhart ob.

IV. kal. 28. Otm[am]¹⁾ ob.

OCTOBER.

id. 15. Gozpreht ob.

XI. kal. 22. Odahricus parator viarum ob.

II. kal. 31. R[a]cco ob.

NOVEMBER.

kal. 1. Hazacha ob.

VIII. id. 6. Leonhardi epi. et confess. Dedicatio ibidem.²⁾

III. id. 11. Pancratius pbr. ob.

XIV. kal. 18. Diemar l. ob.

IX. kal. 23. Izo pbr. ob.

VII. kal. 25. Wild[rut] ob.]

DECEMBER.

XVII. kal. 16. Pan[gr]atius ob.

¹⁾ *Leg. portusse Otmant*²⁾ *I. e. in loco S. Leonhardi nominato apud Bricinam sito.*

LIBER OBLATIONUM INTICENSIS.

Tassilo dux Baiuvariorum Inticæ in valle Pastrissa monasterium monachis ordinis s. Benedicti anno 780 condidit, quod Otto imperator saeculo X. restauravit quodque circa annum 1140 in ecclesiam collegiatam etiam tunc florentem transmutatum est. In cuius tabulario anniversariorum libri complures adhuc exstant, ex quibus tamen nobis non ceteris erat nisi vetustissimus, ex quo priorum temporum notæ omnes in ceteris transcriptæ sunt. Liber ille oblatarius membranaceus, quo iam anno 1765 vir reverendus Resch in „Monumentis veteris ecclesiae Brixinensis“ (fol. 68—74) usus est, annis primis saeculi XIV est inchoatus et usque in saeculum XV medium continuatus. Notæ in eo multas usu cotidiano valde detritas atque radendo aut abscidendo mutilatas esse vehementer dolemus. Alias multas etiam tempore recentiori inductas invenimus; quod non dubito, quin factum sit, quia anniversaria in eis nominata non amplius celebrabantur.

Notas huius mortuarii, cum praesertim in saeculorum XIV et XV continuationibus loci solius Inticensis vel viciniae eius provinciae interesset conscrvare omnes, hic tantum prima manu scriptas nec recentiores nisi ex parte ceteras esse putavi. Item omisi eos locos, ubi, quem ad modum anniversarii celebrandi et oblationes in eis distribuendae sint, latius enarratur quam historicorum studiorum causa attinet scire. Asteriscis notæ inductas distinxî, notæ autem manu prima scriptas literis minoribus, continuationes medii aevi literis et minoribus et unciis inclusis significari. Viro reverendissimo Walther, praeposito Inticensi, qui mihi benevolentissime tabularium suum aperuit et librum oblationum hic editum Monachium misit, etiam hoc loco gratias maximas ago.

IANUARIUS.

- | | | |
|-----------|-----|---|
| IV. non. | 2. | Richmunt de Nestental ob., que nobis et ecclesie s. Candidi ¹⁾ curiam eandem dedit. |
| III. non. | 3. | Herrat filia Püslini legavit pratum continens 8 opera, de quibus singulis annis dabuntur due schenche olei, una s. Candido, secunda s. Michæli in Carniprivio. |
| non. | 5. | [Ulricus dictus Schwan ob., qui legavit ecclesie s. Candidi hos agros: primo predium suum in Tesseperch solvens 6 galeas tritici, item leitum sub foro dictam Schwansl-ite, item agrum in Oberdorf in Espar, item agellum sub Bîtmaro preeone et 6 opera pratorum in Sexto ac domum iuxta Götlinum, unde domium Ulricus pleb. in Niderdorf dat oblationem, cuilibet canonico presenti 2; Veroneusium, quo defuncto die(ta) bona ad ecclesiam libere pertinebunt.] |
| VII. id. | 7. | Marquardus ob., qui legavit duos agros, unum pent apud s. Mauricium et alium agrum in Creuztal, unde fratribus presentibus solvitur oblatio: sepultura eius sub capella. |
| V. id. | 9. | Domnus Rüdgerus miles de Niderdorf ob., qui dedit pro remedio sui et uxoris sue duas curias super Niderdorf dictas Nidersteinach et Obersteinach ad oblationem fratribus presentibus: eius sepultura sub capella: item legavit parrochiali ecclesie duos agros sub castro et Chrantzeleit. |
| III. id. | 11. | Wolfpero l., qui dedit duos agros Camereil, ob. |
| II. id. | 12. | Irmegardis Zehin ob., que dedit agrum in Sylian, 3 opera, unum in Slitenhös, alium in Gesweite. |
| XIX. kal. | 14. | Gisla de Toblach ob., que dedit agrum in Rienze 4 charum. |

¹⁾ S. Candidus patronus ecclesiae Inticensis est.

- XVIII. kal. 15. Chünradus et Ratoldus fratres ob., qui dederunt s. Candido duos agros sitos super ecclesiam Tessenperch.
- XV. kal. 18. Domina Elizabeth ob., que dedit pratum sex operum in Frönstadel et ortum unum apud Poldum ad oblationem fratribus presentibus.
- XIV. kal. 19. Rapholdus dec. ob., qui legavit curiam in Roken. Albertus miles de Toblach ob., qui dedit agrum.
- XIII. kal. 20. Domina Diemodis uxor domini Geroldi de Emlach ob., que tradidit oblationem fratribus presentibus de bonis ibidem. [Sebastiani martiris peragitur anniversarius domini Michaelis de Tyliach can. Inticensis, emit curiam Pladringer in monte super Sylian, et dat 5 schöt et 1 tt. alborum grossorum, duas enxenias, nt in litteris emptionis continetur: sepultura extra portam ecclesie versus scolas in sinistra parte in angulo sub pictura crucifixi.
- XII. kal. 21. Ratoldus de Hensingen ob., qui nobis dedit curiam Mosele . . .
- XI. kal. 22. Altmannus Fidele, qui fuit occisus, dedit agrum unum s. Candido.
- X. kal. 23. [Dominus Waltherus miles de Virgen et filius suus Wernherus ob., qui dederunt curiam in Sexto in Vronebener ad oblationem fratribus presentibus.]
- VIII. kal. 25. Heinricus de Haberberech ob., qui legavit beato Candido et ecclesie ipsius curiam dictam in Tal in Sexto sitam . . . sepultura sua sub capella.
- VI. kal. 27. Geroldus de Puhel ob., cuius filius magister Geroldus, can. huius ecclesie, legavit curiam in Pach . . .)
- II. kal. 31. Heinricus dictus Püller ob., qui dedit agrum duarum ebarum in . . . et viminarium s. Candido, unde fratribus presentibus oblatio; [sepultura] sub capella.

FEBRUARIUS.

- kal. 1. Rûdegerus miles de Hennenvels ob., qui tradidit s. Candido 50 tt. ad oblationem fratribus ibidem residentibus, sepultura eius sub capella*.
- IV. non. 2. Rûgerus miles de Millan ob., qui dedit domum, ortum, agros et predium in Sexto, unde dantur due oblationes, una in anniversario eius, alia in Annuntiatione s. Marie, possidet predictam dominus H.* [Dominus Reingerus hospitalarius in Clusna, confr. nr. ob.]
- III. non. 3. Erkinholdus de Niderdorf ob., qui dedit predium in monte Grûben super Niderdorf. [Dominus Johannes de Pusato magister arcium, peritus in sacra theologia, baccalaureus in medicis, dec. huius loci, ob. anno 1379.]
- II. non. 4. Ludwicus miles de Welsperch ob., qui dedit ecclesie s. Candidi curiam in silva circa Planchen.
- non. 5. Heinricus Faber ob., qui dedit agrum Rôtenstein.
- VIII. id. 6. Wolvoldus subdyac. fr. nr. ob., qui dedit nobis predium in Monte*.
- VII. id. 7. Egilolphus fr. nr. dec. ob., qui s. Candido persolvit curiam in Sexto sub rupe ad oblationem fratribus ibi servientibus in anniversario suo, et tradidit etiam psalterium novum et officiale. Oblatio datur de granario; sepultura sub capella*.
- IV. id. 10. Magenhart ob., qui dedit aream retro Mòzarium et pratum ad oleum.
- id. 13. [Paulus Weithartinger dec. ecclesie s. Candidi ob. anno domini 1395.]
- XV. kal. 15. Dominus Geroldus miles de Namlach ob., qui tradidit s. Candido agrum in Chalchoven*.
- XIV. kal. 16. Albero Retro Ecclesiam, qui dedit beato Candido agrum et pratum*.
- XII. kal. 18. Leukart ob., que dedit ortum*.
- XI. kal. 19. Helcha ob., que dedit beato Candido agrum in Ribtale.
- VIII. kal. 21. Wolfolt Hünle ob., qui dedit agrum.
- VIII. kal. 22. Rûdegerus Kesere ob., qui dedit agrum in Toblach.
- VI. kal. 24. Rûbertus de Welsperch ob., qui dedit nobis curiam in Colles*.
- V. kal. 25. Heinricus de Lünze ob., qui dedit s. Candido predium suum in Nullin*. [Dominus Rûdgerus sac. et confr. n. ob., qui legavit ecclesie beati Candidi duas domus cum cellario, unde famuli sui, videlicet Nicolaus et Heinzlinus et eorum heredes, dabunt fratribus presentibus in sacerdotis ordinibus constitutis oblationem; sepultura sub capella iuxta novam. . .
- IV. kal. 26. Domina Diemodis uxor domini Rûgeri militis ob., que dedit ecclesie s. Candidi duas enrias in Nidersteinach et Obersteinach, unde fratribus presentibus solvitur oblatio, item legavit barrochiali ecclesie duos agros sub castro et Chranzeleit.

*) Legavit etiam duo aha in Tessenperch.

- H. kal. 28. Dominus Viricus can. huius ecclesie ob., qui legavit fratribus presentibus oblationem, sicut in privilegio domini Fr. dicti Ozziacharii continetur.

MARTIUS.

- V. non. 3. Werenhardus sac. fr. huius ecclesie ob., qui dedit pratum in Vischelein.
- IV. non. 4. Rüdgerus dictus Choppo can. huius ecclesie ob., qui dedit domum et areas suas cum pratis et agris circa villam sitas ad oblationem fratribus presentibus.
- II. non. 6. Alheidis ob., que dedit agrum, qui dicitur Talacher*.
- non. 7. Alheit ob., que dedit agrum*. [Dominus Petrus de Hös can. huius loci ob., qui legavit unum quartale ad fruges beate (Katerine). *Dominus Heinricus de Monte dec. huius loci ob., qui legavit huic ecclesie et capitulo domum cum cellari iuxta monasterium cum omnibus suis attinentiis, de qua domo singulis annis dantur due galete oley ad lumen beati Candidi; oblationem super curia Ladsteter in Sexto fratribus presentibus.]
- VII. id. 9. [Dominus Geroldus iunior can. huius ecclesie ob.]
- V. id. 11. Bertholdus custos ob., qui tradidit s. Candido et fratribus ibi servientibus curiam in Sexto Troyen, unde oblatio persolvitur cum lagena vini et fabacio, [que videlicet oblatio per Berchtoldum possessorem eiusdem curie sic est meliorata, quod pro lagena vini culibet prebende datur una schencha vini et culibet prebende duo panes loco fabacii, et hoc est ad omnes prebendas.]
- IV. id. 12. Dominus Marquardus dec. et pleb. huius loci ob., qui legavit ecclesie s. Candidi domum suam et centum fl. Veron., pro quibus 10 fl. redditus emi debent, de quibus antiquior canonicus de sua parentela in anniversario suo solvere debet duas oblationes, unam ad omnes prebendas pro anima sua, videlicet libram vini, duos panes et 6 g., aliam vero oblationem testatus est pro remedio domini H. de Welsperch et matris sue Gisle fratribus tantummodo presentibus: sepultura iuxta ianua versus scolas.
- id. 15. [Dominus Heinricus iunior Lucerna ob., cuius progenitores dederunt s. Candido dimidium curiam in Kartitsch, quam colit Payrin, de qua dantur 2 fl. Veron. ad oblationem fratribus ibi servientibus; et etiam legavit domum, in qua sui pueri habitant, unde annuatim in Cena Domini persolvitur libra 1 vini.]
- XVII. kal. 16. Chünradus dyac. et obleyarius ob., qui dedit s. Candido duas curias in monte in Planchen, scilicet in Zagel et in Via*.
- XVI. kal. 17. H. dictus Møzer ob., qui dedit beato Candido et beato Michaheli pratum duorum operum in Peul*.
- XV. kal. 18. Henricus Rude ob., qui dedit agrum in Chalchofen*.
- XIV. kal. 19. Rüdgerus sac. et can. ob. Henricus ob., qui dedit agrum in Sylia(n).
- XIII. kal. 20. Domina Diemodis uxor Heinrici in Arena ob., cuius maritus nomine Henricus tradidit huic ecclesie domum iuxta s. Mauricium et agros dictos Chitzeine(n)tal et Steinacher et pratum 1 operis iuxta viam, unde fratribus presentibus de ipsorum amobum anniversario . . . oblatio exsolvatur 2 g. Veron. Dictam quoque domum sive agros Diemodis filia domine Gisle et eius heredes, dummodo dictam oblationem annis singulis dederint, possidebunt, que domus exusta fuit, quam dominus Hainricus dictus Ayertewr, can. Inticensis, in toto renovavit.
- XI. kal. 22. [Dominus Otto can. huius ecclesie et pleb. in Matrey ob., qui dedit s. Candido suas proprietates, sicut in suo privilegio continetur, et librum decretorum. Anno domini 1418 Chünradus de Veringen, de Tegeruse dec., ob.]
- IX. kal. 24. Domina Hiltgundis Retro Ecclesiam ob., que legavit beato Candido curiam in Kartitsch, unde fratribus presentibus datur oblatio in eius anniversario.
- VIII. kal. 25. Dominus H. de Welsperch ob., qui dedit beato Candido curiam in Colles*.
- VII. kal. 26. Gisa de Tessenperch uxor Heribrandi officialis ob., qui dedit s. Candido agrum ibidem*. [Dominus Otto Capellere can. huius ecclesie ob.]
- VI. kal. 27. Albertus de Toblach ob., qui dedit pratum Hengentale.
- V. kal. 28. Dominus Chünradus dictus Tabularius, can. huius ecclesie, ob., qui tradidit beato Candido dimidium curiam Pervalle et domum cum agris, scilicet unum super orreum domini episcopi, item sub . . . domum in Weipleinstain, item pratum super Reyn unum che, unde fratribus presentibus oblatio solvi debet; sepultura est iuxta scolas.

- II. kal. 31. Eberhardus ob., qui dedit ortum ecclesie beati Candidi. Otto de... qui dedit pratum. Elley de Steinwent ob., que dedit... sperch. Ob. dominus Heinricus pleb. de Eringen confr. n., qui legavit omnes proprietates suas, quas habuit in Tessenperch.

APRILIS.

- kal. 1. Irnegardis de Nyderndorf ob., que dedit pratum*. [Dominus Ebermundus can. huius loci ob., qui legavit beato Candido unum quartale situm in villa Inticense, de quo nobis dantur 3 galete fabarum et 2 panes.]
- IV. non. 2. Brúmlilt ob., que dedit domum⁴
- III. non. 3. [Dominus Hainricus Porgasius can. huius ecclesie ob. Dominus Wolfhardus sac. de Yg. confr. nr. ob.]
- VIII. id. 6. Fr. Werianus ob., qui omne predium suum tradidit s. Candido*.
- VII. id. 7. Altmannus pleb. de Sylian et fr. n. ob., qui dedit casulam, dalmaticam, subtile, duas cappas, predium in Sexto et agros in Tessenperch ad oblationem*.
- VI. id. 8. Altmannus dec. fr. n. ob., qui dedit domum suam s. Candido.
- IV. id. 10. Heinricus de Tessenperch ob., qui dedit agrum huc ecclesie. [Dominus Bonaventura can. huius loci ob.]
- III. id. 11. [Dominus Marquardus de Tessenperch secundus decanus huius loci ob., qui legavit huic ecclesie, prout in suo testamento continetur. Iacobus dictus Ayerteir et uxor eius Diemüdis ob., quorum filius Hainricus can. huius ecclesie pro remedio ipsorum suorum parentum, scilicet patris et matris, legavit dictæ ecclesie inferiorum domum iuxta ecclesiam s. Mauricii loco antique domus reedificatam cum orto adiacente...; sepultura eorum sub capella iuxta novam turrim.]
De anniversario dominorum episcoporum Salzburgerisium. Item in qualibet angaria peragi debet anniversarius domini Gregorii et aliorum episcoporum Salzburgerisium cum placebo, missa 10 defunctorum et vigiliis, quarum due videlicet in Adventu Domini et in Quadragesima cum minoribus lectionibus et responsoriis, relique vero due aliorum Quatuor Temporum cum lectionibus et responsoriis maioribus cantentur sub pena quinque florenorum capitulo Brixinensi dandorum pro ecclesia in Ässnikg, ut habetur in privilegio l. 5. Item ad placebo et missam pulsantur omnes campane et ante summum altare tam ad placebo, quam ad missam et vigiliis 4 candelae incenduntur.

[De memoria omnium fratrum nostrorum.] Item in qualibet angaria vel parum post habetur memoria totius fraternitatis nostre, scilicet tam prelatorum quam fratrum et sororum huius monasterii necnon aliorum nostre confraternitatis etiam de fraternitate laicali ac insuper omnium consanguineorum cum placebo lecto, missa cantata et vigiliis minoribus cantatis. Ad placebo et missam pulsantur quatuor campane et ante summum altare ad placebo et missam quatuor candelae accendantur.

De memoria omnium benefactorum huius monasterii. Item in qualibet angaria aut post, quantum fieri potest, habeatur commemoratio omnium benefactorum huius monasterii, tam speciales anniversarios habentium, quam non habentium, et omnium fidelium defunctorum cum placebo, missa et vigiliis minoribus cantatis, quorum quedam nomina cum suis datis statim post scripta sunt, que

¹⁾ Hoc capitulum unum paulo recentiore in loco raso scriptum usu valde detritum est.

in eisdem anniversariis vel alio die competenti in capitulo recitanda sunt, prout per quatuor partes ibidem sunt divisa: de pulsu autem et eandem fiat, sicut in memoria fraternitatis immediate superscripta.

De pulsu et eandem incensandis in singulis anniversariis ordinandis. Item dum habentur 5 vigilie cantate, pulsantur 4 campanae ad placebo et missam et due candelae circa sepulcrum eius si hic habetur, ad missam et vigiliis incendantur, nisi aliud circa eosdem anniversarios specialiter expressum habeatur: si autem vigilie legantur aut sine vigiliis peragatur, pulsantur ad missam et placebo tres campanae et circa sepulcrum, si hic habetur, due candelae incendantur. Item quociens peragitur anniversarius specialiter hic sepulcorum, semper ad placebo visitetur sepulcrum et tunc 10 ibidem due incense candelae habeantur.

De exequiis fratrum aliorum monasteriorum nobis intimatorum. Item cum obitus alicuius aut aliquorum fratrum aliorum monasteriorum nobis denunciatur, lecta litera eiusdem denunciaconis in capitulo presbiter vel ebdomadarius dicat „Requiescat in pace“, deinde subiungat collectam pro confraternitate, scilicet „Deus venie“ etc. et postea die competenti ipsius vel ipsorum exequie peragantur 15 cum placebo, missa defunctorum et vigiliis minoribus cantatis et tunc ante summum altare incendantur 4 candelae, item ad placebo et missam 4 campanae compulsentur.

In exequiis solempnibus nobilium propter multas causas videretur expedire, ut solum ad duas missas cantatas omnes astantes offerrent, ad reliquas vero missas ubicunque in monasterio lectas per unum, duos vel tres ad hoc deputatum vel deputatos offerretur una vice, quantum per illos, qui 20 exequias expedirent, fuerit commissum, et sic cessaret strepitus in ecclesia, vagaciones, impedimenta orationum et multa alia inconvenientia tam ex parte sacerdotum, quam populi.

Haec infra scripta sunt nomina quorundam benefactorum, qui circa angariam Quadragesime in capitulo sunt legenda et tunc eorum et omnium benefactorum huius monasterii speciales anniversarios non habentium sive 25 habentium et omnium fidelium memoria fiat, sicut supra in generalibus notabilibus est expressum.

Primo dominus Otto miles de Vels dedit 2 urnas vini singulis annis pro consolatione fratrum. Item dominus Hainricus eps. Brixinensis dedit duas curias in Grosstain pro remedio anime suae. Item Engelbertus comes Goricie dedit silvam circa Kyenburg, que post in curiam est exulta. Item Fridericus I. de Schönegg dedit curiam, pro qua habemus curiam in Plan in Puchenstain. Item Hainricus sacerdos de Habichaw dedit decretum, lecturam eiusdem et alium librum. Item Purkardus I. de Vels dedit predium in Katemat et vineam unam in Campill necnon ovile ovium in Greden. Item Sigelholus, Rudigerus et Traboto fratres contulerunt duo allodia in Schallers. Item Chunradus de Pawnkirchen et Albertus pater eius dederunt marcas 10. Item Mechtildis uxor Purkardi contulit 35 curiam Bustuel. Item dominus Hainricus pleb. in Stills legavit monasterio curiam armentariam in Schallers. Item Bernherus de Vels contulit unum predium in Pären et unum in Stögen. Item dominus Ulrichus nobilis contulit monasterio marcas 10. Item Minigo prebendarius dedit predium in Nätz. Item Perchtoldus I. dedit agrum in Stegen. Item Geroldus de Rodank dedit curiam in Algonde. Item Reinbertus iunior de Vels dedit marcas 10. Item Elizabeth Liebenbergerin contulit marcas 10 pro remedio anime suae. Item Berchtoldus de Gschiez dedit marcas 6 pro 2 sextariis vini communiantibus in quinta et sexta feria Passionis Domini ministrandis, et memoria eius habenda. Item dominus Wilhelmus de Schönegg contulit predium in Ayelach super Pären. Item Perchtoldus I. contulit predium in Rätz cum suis attinenentis. Item Rixa la. de Schönegg dedit curtem cum ovili in Kalfusk, ut in mandato pauperum expendantur 30 ø. Item Reinbertus filius fratris fundatoris 45 nostri, ppos. Brixinensis, contulit hubam unam in Rätz et curiam Fletsch et dimidiam hubam in Laczfons. Item dominus Ulrichus ppos. Brixinensis contulit pratum in Brixina. Item Purkardus I. de Seben contulit ovile. Item Hainricus de Voytsperg dedit duos agros in Greyz. [Item dominus Johannes Oswaldi de Varen, in decretis licentiatus et confr. n., legavit monasterio totum corpus iuris cum aliis libris 14 numero et unam tunicam de Schamlot et unum tapetum. Item Sigismundus 50 Murator legavit monasterio marcas 11. Item Leonardus Veringer et uxor eius dimiserunt domino Gabrieli confratri nostro, eorum filio, iure hereditario domum unam cum orto in Inspruck. Item Udalicus dietus Kalbvel et uxor eius, amica dicti confratri nostri, legaverunt sibi et monasterio marcas 15 cum dimidia. Item a Leonardo pictore de Brixina, patre domini Ieronimi, nostri confratri, provenerunt monasterio nostro marce 20, similiter a Marco pictore, dicti confratri germano, 55 marce 10 in remedium animarum suarum, impense pro cultu divino.]

Infra scripta nomina legantur in angaria Pentecostes, et fiat, sicut supra notatum est.

Item Chunradus de Seben dedit predium in Aychach in Volnes. Item Hainricus de Rodank unicum fratribus suis Gotfrido et Chunrado contulit predium in Rundel cum vinea. Item dominus Petrus Stiéls pleb. in Insprück contulit multos bonos libros et alia utilia clenodia huic monasterio. 5
Item Mechtildis la. de Vels contulit curiam suam in Rove. Item Karolus I. contulit curiam Runke. Item Chunradus de Rodank unicum matre sua contulit dimidium hubam in Phurnes. Item Sophia de Merrenstain contulit dimidium hubam in Rodank. Item Agnes la. de Rösen contulit monasterio quoddam predium. Item Chunradus I. de Fürmian contulit predium in Cost. Item Hermannus de Rodank contulit unum ovile. Item Engelmarus contulit agros et curtem. Item Ortolfus can. Brixinensis, conteritus fundatoris nostri, contulit duas possessiones in Schallers. Item Ulrichus Strango scripsit plures bonos libros cautuales huic monasterio. Item Nicolaus Pawungarter dedit monasterio marcas 40. Item Mechtildis de Mittersele dedit curiam supra Myol. Item Otília de Aychach contulit curiam in Flenes abias in Phlers. Item Nicolaus de Vals contulit curiam apud lacum in Nätz. Item magister Berchtoldus de Swevia legavit monasterio 4 bonos libros medicinales. 15
Item Ernestus iunior de Voytsperg dedit curiam unam in Schallers. Item Ulschalaus de Reyffenstein dedit unam curiam in Pysach et custodie curiam unam in Bozano, ut altare s. Nicolai illuminetur. Item dominus Albertus miles de Voytsperg plura bona dedit huic monasterio et specialiter dilexit. Item Nicolaus de Taysten dedit 2 ll. redditum de huba sub ecclesia s. Georii ibidem. Item Iulianus et uxor eius Jacobina, frater suus Minigo ac mater eius Massa dederunt ll. 20
Item dominus Berchtoldus eps. Brixinensis dedit totam decimam supra Caternatium de omnibus pratis. Item dominus Hainricus eps. Brixinensis dedit agrum apud Pontem Pendentem et unum feodum in Vels. Item Diemudis dicta Fächslin de Sterczing, soror et prebendaria nostra, dedit monasterio domum suam et alia plura clenodia et bona pro prebenda 1450, et eodem anno fuit defuncta in anno iubileo cuncto Romam. [Item Christoforus Reindel de Laczons fideliter servivit monasterio et eodem legavit de patrimonio suo in parata pecunia circa marcas 37. Item Hainricus Häl et Diemudis uxor eius dederunt marcas 19. Item Erasmus Rator de Kaltarn legavit monasterio certa clenodia de auro et argenteo in valore 19 marcarum. Item magister Bertoldus de Saxonia, medicine doctor, prebendarius et phisicus huic monasterii, in vita sua multa fecit bona et libere omnia sua dedit monasterio, prout continetur in litera prebendali, quam monasterio dedit. Item Nicolaus quondam 20
pistor legavit monasterio circa 30 marcas solarii sui. Item Iohannes carpentarius reliquit monasterio omnia bona sua et instrumenta fabrilia cum solario servicii sui. Item Conradus marstalaris legavit 10 marcas. Item Cristianus oxner legavit 8 marcas monasterio et fideliter servivit. Item Leonardus de Schrambach legavit 6 marcas. Item Conradus Kanezler in alodio legavit solarium servicii sui de multis amicis et fideliter servivit monasterio. Item Langhanns, famulus monasterii annos 36, 25
legavit monasterio marcas 10 et fideliter servivit monasterio. Item Nicolaus Meyxner quondam prebendarius legavit monasterio duas karradas vini in Caldario. Item Iohannes Cassiani de Brixina legavit monasterio 20 ll.]

Isti legantur in capitulo circa angaria mensis Septembris, et fiat memoria, ut supra. 40

Item dominus Randoblus de Vilanders dedit dextrarium, curiam Praustral in Volnes et marcas 40. Item Arnolds comes de Marey cum Mechtilde uxore contulit Montem Argenti in Vilanders et aliud predium in eodem monte et quadam predia in Pragat et Sigenis. Item Katherina soror nostra de Räs, fidelis famula omnium dominorum, contulit ll. 40. Item dominus Hainricus, pleb. Anree Vallis, dictus Muso, dedit curiam Schrotwinkel in Äwren. Item Kunigundis la. emit nobis curiam in Rikke, 45
ut fiat inclinatio ad versum „Quia respexit humilitatem“ etc. Item Herradis la. in Nätz dedit marcas 50 et curiam unam in Vals. Item Bernherus de Schenkenberg contulit vini karradas 5 et tres curias auf Ahernach, pro quibus parvam pecuniam recepit. Item dominus Hainricus de Slyers dedit marcas 8, pro quibus emptum fuit predium in Cost, ut infra octavam s. Augustini, cum aliud festum non impedierit, publica missa cottidie de eo celebraretur. Item magister Hainricus, scriptor regis, 50
dedit marcas 10. Item tamulus suprascripti magistri Hainrici dedit marcas 10. Item Hainricus de Sabiona dedit curiam Frohn. Item Albertus ppos. dedit predia a Klausenpach usque in Ryol culta et inculta. Item Fridericus de Welsperg contulit curiam unam apud March. Item Albertus I. in Rätz contulit unum agrum. Item Gertrudis de Reyschon dedit marcas 12. Item Otília Träwttin dedit curiam suam in Telfis Superiori. Item Widmarus de Reyschon dedit curiam cum domo ibidem. 55

1) S. *Heinrici Bohemiac.*

Item Hairicus de Vels contulit predium in Gummär. Item Ita la. de Vels contulit predium iuxta fluvium Cardawa. Item Richza la. contulit custodie agrum unum, ut custos ecclesie in eius anniversario fratribus album panem ministret. Item Chunradus de Brixina contulit predium in Spiluk. Item Arnoldus de Weynekg contulit predium in Viunbs. Item Hairicus probus contulit curtem unam. Item Chunradus de Nätz contulit agrum in Nätz. Item Hairicus de Schenkenberg contulit 3 allodia in Ahernach. Item Arnoldus quondam can. Brixinensis, post subdyae, n. eg., contulit curiam in Pach in Novacella. Item Elspeta Welspergerin contulit curiam apud Sllitenhawsen. Item Gerdradis uxor prepositi in Brixina contulit fl. 50. Item Elizabeth de Gerenstein legavit curiam armentariam in Laczons. Item magister Hairicus Waruther, decretorum doctor, legavit monasterio nostro s. Thomae de Veritate, obiit anno etc. 1458. [Item magister Iohannes Ebner can. Brixinensis dedit monasterio nostro repertorium iuris in papiro in magno volumine et picarium deauratum. Item dominus Hiltprandus cappellanus altaris s. Katherine in Bozano dedit monasterio nostro volumina aliqua papirea de diversis. Item Paulus Rämpel familiaris domini principis legavit monasterio 6 marcas. Item Ursula Adolphin contulit monasterio nostro curiam Ampashoff pro prebenda et remedio anime sue.]

Isti legantur in capitulo in angaria mensis Decembris, et peragantur,
ut premissum est.

Item Cristannus de Valles dedit marcas 10. Item Alhaidis de Olaco contulit fl. 4. Item Bertha avia domini Engelhuari de Layan benefecit monasterio. Item Chunradus de Utenhaim contulit predia in Weissenpach. Item Gerdradis uxor Elkhardi de Gerrenstain dedit curiam Chalehstal. Item Kunigundis et Gerdradis le. dederunt vineam in Villa. Item Burkhardus dec. Brixinensis dedit hubam in Vären. Item Hartmannus notarius in Gryes dedit vini censuales urnas 3. Item Eberhardus I. dedit ovile Gerevt. Item Georius Kastner de Novoforo legavit monasterio fl. 7 censuales de agro in Graben. Item Gerdradis de Oberlünz dedit curiam Leibnikg. Item Petrus Magister Coquine de Syllian dedit dextrarium unum. Item Degno Zaucer de Layan benefecit huic monasterio. Item Gerdradis uxor Hairici de Predell dedit marcas 35 pro precaria. Item dominus Hairicus de Überwisen dedit summam confessorum, abbreviata super Sententiarum et postillam Parmensis. Item Agnes Lüngelin et Hairicus maritus eius dederunt pratium in Pusakg. Item dominus Berchtoldus hospitalarius dedit 4 libros in iure canonico. Item Bändlinus de Seben benefecit huic monasterio. Item Elizabeth Pöckhin de Bozano dedit marcas 6. Item Iohannes Iordani prebendarius noster scripsit monasterio duo missalia integra sine quacere et officiale chori et dedit plures bonos libros et alias fideliter servivit monasterio. Item Michel Schuler de Stils prebendarius dedit 4 censuales in curia Tünigerhof am Tulfer et in aliis benefecit monasterio. Item magister Andreas ordinis Predicatorum, suffraganeus Brixinensis, legavit aliquos libros . . .)

NECROLOGIUM STAMSENSE.

Monasterium ordinis Cisterciensium in loco Stams vallis Aenavue Superioris ab Elisabetha matre Conradini regis et Meinardo comite Tiroleusi, marito eius secundo, anno 1272 in memoriam Conradini conditum, adhuc florens, necrologium medio aevo scriptum non habet. Tantum duo exemplaria mortuarii Stamsensis saeculi XV, incepti et usque ad annum 1749 continuati, nunc autem deperditi, supersunt, quarum alterum anno 1749 Antonius Kuprian, monachus Stamsensis, alterum Cassianus Primisser, eius confrater, post annum 1750 transscripsit. Apographum Kupriani minoris momenti est, exemplar Primisserii, quod in tomo II (fol. 41—62) „Additionum ad Annales Stamsenses“ eius manu scriptum et adhuc in ipso monasterio existantium legitur, bene confectum est. Hoc exemplar vir reverendissimus Stephanus Mariacher, abbas Stamsensis, ut mea causa

1) Cum unum folium excisum esse videatur, verisimile est fenum hanc interlicis deesse.

transcriberetur, Oenipontum in tabularium imperiale liberalissime misit, ubi vir clarissimus Dr. Mayr, praefectus tabularii, per Richardum Steidle, discipulum suum, transcribendum curavit. Illi et abbati reverendissimo hic gratias maximas ago.¹⁾

IANUARIUS.

- | | | |
|-------------|-----|---|
| kal. | 1. | Domina Richenza de Verrenstain. Conradus dictus Perger de Germarsgay et uxor sua Gertrudis et Hainricus et Hailwigis parentes eorum. |
| IV. non. | 2. | Conradus dictus Hürnus. Conradus Meznang et Caspar filius eius, prebendarii nostri. Güntherus can. Brixinensis. Item Utricus de Zamb. Petrus dictus Trutsun. |
| II. non. | 4. | Domina Anna et domina Adelhaydis et domina Beatrix, uxores domini Hainrici filii fundatoris nostri. missa. Erhardus Petrar prebendarius noster. Ob. Hainricus de Freyberg miles de Anglperg et Anna uxor eius, et memoria omnium filiorum et filiarum atque omnium progenitorum eorundem. missa. Dominus Wolfhardus eps. Augustensis. Item domina Mathildis uxor domini Conradi de Vellenberg. Item domina Elizabetha Austerna. |
| non. | 5. | Ob. Conradus dictus Graentner civis de Hallis et domina Gutta mater eius et Diemudis uxor ipsius, qui legavit conventui nigras pro parte cucullas annuatim perpetuis temporibus, item memoria omnium benefactorum suorum. missa. Albertus cv. |
| VII. id. | 7. | Ob. domina Katherina de Clingen, famula et benefactrix nostra quondam specialissima. Domina Elizabeth Tarandin. Item Mathildis Maluakin. tres viri eius Kalhof, Rudolfus et Albertus. Item Otto de Isprugga. |
| VI. id. | 8. | Iohannes eps. Curiensis. Item Nicolaus de Zamb. Iohannes Leyter. Adelheidis de Schennano uxor domini Conradi Mulsarii. Cocus domini abbatis de Bruederhoffen. |
| V. id. | 9. | Rudgerus m. et sac. |
| IV. id. | 10. | Iohannes Rapp de Ysprugga prebendarius noster et uxor sua Katherina. Dominus Otto Venator. Ob. Margareta Weissmannin de Campidona, item memoria habetur sororum eius vivorum (<i>sic</i>) et mortuorum. Sebastianus Kurzeissen famulus domini pposi. Tridentini. |
| III. id. | 11. | Commemoratio episcoporum et abbatum ordinis. Agnes puella domini Mulserrine. Septimus Conradi dicti Graentner de Hallis et matris eius et uxoris ipsius et memoria omnium benefactorum suorum. |
| II. id. | 12. | Dominus Bertholdus eps. Curiensis. Item dominus Hainricus pleb. in Silz. Domina dicta Maurerin. Item Wilwurgis de Zwiselstain. Item Hainricus dictus Schilher de Zamb. |
| id. | 13. | Karolus m. et sac. |
| XIX. kal. | 14. | Memoria comitis Iohannis de Sanegans, Anne uxoris eius et omnium progenitorum, consanguineorum et defunctorum. Dominus Symon dictus Rubeiner. miles, missa. |
| XVIII. kal. | 15. | Wernherus de Weus. |
| XVI. kal. | 17. | Domina Agnes uxor domini Iohannis Ovari, item memoria patris et matris et Hainrici prioris mariti eius. |
| XV. kal. | 18. | Ob. Meinhardus Norrenbekez et Matza uxor eius. |
| XIV. kal. | 19. | Memoria Iohannis Amman dicti Turinger de Ysmina et Anne conthoralis sue nec non Ursule sororis eiusdem conthoralis et omnium progenitorum (et) consanguineorum eorundem. Ursula Russin de Campidona. |
| XIII. kal. | 20. | Dominus Utricus de Schrovenstain. Hainricus cv. |
| XII. kal. | 21. | Iohannes dictus Voeli. Domina Mathildis de Matray. |
| XI. kal. | 22. | Dominus Nicolaus ppos. Novecelle. |
| X. kal. | 23. | Domina Gertrudis Snellmanima. |

¹⁾ *Prinisser in tomo IV (fol. 133—137) additionum suarum etiam notas necrologicas perpaucas, a Vito quodam monacho Stanconsi saeculo XV. in usum proprium scriptarum servavit. Ex his notis, quas mihi abbas Stephanus benevolentissime ipse descripsit, hoc loco tantum repetenda est nota 20. Itini: „Ob. dux Fridericus [sc. Austriae] 1439“.*

- IX. kal. 24. Domina Gisela pposa de Ispruga. Item Ulricus et Adelhaidis uxor eius.
 VIII. kal. 25. Anniversarium amicorum domini Ulrici de Germarsgay, Grete et Elizabeth Farenyu sororum de Campidona et progenitorum suorum.
 VI. kal. 27. Dominus Hainricus de Taur et frater suus Conradus.
 V. kal. 28. Conradus Lentzburger. Item dominus Uto de Matray.
 IV. kal. 29. Ob. Elizabeth uxor domini Hainrici de Swangou. Memoria generosi domini Udalrici ducis de Deck, parentum, filiorum, filiarum, conthoraliūm, fratrum, progenitorum consanguineorum vivorum et defunctorum.
 III. kal. 30. Iohannes de Rhenn civis de Hallis et uxor sua Dorothea. Conradus Vinek.
 II. kal. 31. Eberhardus Plonschilt et predecessores sui. Conradus cv.

FEBRUARIUS.

- kal. 1. Memoria Conradi Sulzmoserii, missa. Conradus m. et dyac. Ulricus cv.
 IV. non. 2. Tricesimus Conradi dicti Grantner de Hallis et matris eius et uxoris ipsius et memoria omnium benefactorum suorum. Iodocus Gallis de Ysmia. Gotfridus prior.
 III. non. 3. Cunegundis mater domini Iacobi de Velturms et domini Hainrici plebani in Silz de Stertzinga. Item Hainricus Pruchus de Campidona.
 II. non. 4. Domina Iuta uxor domini Ottonis Chaerlingarii. Ulricus m. et sac. quondam Iudeus, sed optimus m.
 non. 5. Bonifacius civis de Marano. Fridericus de Freyberg. Mathildis dicta Keptzin de Campidona et memoria viri ipsius et sororis eius.
 VIII. id. 6. Memoria domini Hainrici de Stertzinga quondam plebani in Silz, missa cum collecta de sancta Dorothea, que dicenda est a quolibet sacerdote. Sigismundus m. et sac. de Hallis. Iohannes Auster m. et sac.
 VII. id. 7. Dominus Conradus pleb. in Mays. Item domina Bethin uxor domini Bernhardi iudicis de Hertzenberg. Ulricus ppos. monasterii Undensis.
 VI. id. 8. Dominus Otto pleb. de Scharb. Item dominus Rudolffus Mulsarius, missa. Ulricus cv.
 V. id. 9. Domina Margaritha uxor domini Petri de Liebenberg. Hermannus sutor dictus Krappel.
 IV. id. 10. Domina Margaretha dicta Owerin. Item dominus Dyetricus de Eben. Item dictus Geben de Umbhausen.
 III. id. 11. Dominus Conradus professus in Augea. Hermannus m. et sac.
 II. id. 12. Conradus m. et dyac.
 id. 13. Ulricus de Leibolvingen, missa. Dominus Philippus de Schnals m. et sac.
 XVI. kal. 14. Georgius de Pregnez m. et sac., refectorarius. Ob. Osswaldus de Hausen quondam cancellarius Tirolensis, fautor et benefactor cenobii nostri specialissimus, et Anna uxor eius.
 XV. kal. 15. Domina Elizabeth dicta Stainhauserin, missa. Conradus m. et sac.
 XIV. kal. 16. Ob. Laurentius Stainpach quondam pleb. in Luttrichen.¹⁾ Hainricus de Lentolsperch. Item Ulricus Mair et Mathildis uxor eius, parentes domini Hainrici plebani in Silz.
 XIII. kal. 17. Dominus Witthius de Schrovengstein. Item Ulricus Mülser. Fr. Ulricus de Thaur et Katherina dicta Lintnarin de Riez. Conradus cv.
 XII. kal. 18. Anniversarium domini Ulrici plebani de Germarsgay. Iohannes de Gries.
 XI. kal. 19. Hainricus de Vendels frater Wernheri hospitis. Andreas Vasser. Hermannus Reek de Nürenberga.
 X. kal. 20. Domina Agnes de Wisberg. Item domina Mathildis de Svatz. Hainricus Hertzenberger et alio nomine Scharfzand.
 IX. kal. 21. Iohannes de Mays. Item Diemut dicta Kropfin. Iacobus Tentzl de Yspruga. Gertrudis Schrofin de Hall. Ulricus Toppel de Hall.
 VIII. kal. 22. Ob. Hainricus venerabilis abb. domus huius, missa. Memoria Iacobi Tentzelin de Ysprugga, qui ordinavit perpetuis annuatim temporibus missam apud Sanctum Iohannem pro defunctis.²⁾

¹⁾ *Leg. Lutkirben.* ²⁾ *Sequitur longa descriptio modi eius, quo ordinatio huius Iacobi annuatim cum memoria Casparis Frech et Magdalene uxoris eius peragenda erat. Ordinavit idem ad pietanciam 1 fl Quatuor Temporibus in perpetuum dandum. — Tota nota 26. Maii, 15. Sept., 15. Dec. repetitur ad cerbum.*

- VII. kal. 23. Ob. Getza de Lúsen. item Elizabeth et Liepurg sorores. Iohannes et uxor eius de Wertach. Item Conradus de Wertach.
- VI. kal. 24. Memoria domini Udalrici de Germarssgaw. Ob. Iohannes Vasser de Erwald hospes noster et Anna uxor eius, parentes eius, filii et filie; missa cantatur sibi ad Sanctum Iohannem pro defunctis, pro qua dedit libras quatuor ad pietanciam. Domina Cunegundis de Werthain, uxor comitis Eberhardi de Kirchgberg.
- V. kal. 25. Domina Margaretha domini Rudolphi Mülsarii.
- IV. kal. 26. Anna Seloesin et mariti sui. Ob. dominus Conradus quondam pleb. in Mittelperg, qui certam pecuniarum summam ac perpetuam ad pietanciam legavit conventui.
- III. kal. 27. Cristofferus Haidfalk et uxor eius.
- II. kal. 28. Ob. dominus Waltherus cappilanus et confessor illustrissime domine, domine Elienoris, regine Scocie et ducisse Austrie.

MARTIUS.

- kal. 1. Conradus de Mays et uxor sua Adelhaidis. Georgius Spreng saltzmaier zu Hall.
- VI. non. 2. Margaretha Friendnerin.
- V. non. 3. Ob. dominus Conradus venerabilis abb. domus huius 1369. Ulrichus cv.
- IV. non. 4. Ob. illustrissimus princeps, dominus Sigismundus, archidux Austrie etc., comes Tirollis, 1496. Hainricus dictus Hiertzberg et uxor sua Hedwigis, item Adelhaidis uxor domini Hainrici Hiertzberg iunioris, missa.
- III. non. 5. Dominus Conradus de Schrovenstain. Item domina Elizabeth uxor Friderici de Eben. Cristannus Tenzler. Thomas Kried officialis noster in Faucibus.
- II. non. 6. Ob. Fridericus de Scrovenstain. Item Ulrichus Leiner. Item Stroigel de Hallis.
- non. 7. Pater et mater et frater domini Ulrichi de Germarssgaw benefactoris nostri. Memoria Iohannis Leyderman civis Frankfordensis, uxorum suarum Margarethe et Helene, progenitorum, filiorum et filiarum eorundem vivorum et defunctorum. Conradus cv.
- VIII. id. 8. Iohannes de Nurenberga. Wilhelmus de Pomerio m. et sac.
- VII. id. 9. Domina Cristina filia Gotsalehi de Hertuberg.
- VI. id. 10. Domina Angues uxor domini Hainrici Austarii. Item Gerndrudis uxor Rudgeri de Zwisslstain. Dominus Benedictus abb. in Obernaltag. Iohannes Weigel.
- V. id. 11. Wernherus iudex de Herntenberg et Angues uxor eius. Ulrichus dictus Chrielpom. Item Agnes uxor Hainrici Stoklini. Hainricus dictus Remer. Hainricus de Wilramingen servus portarii.
- IV. id. 12. Conradus Hyrtus et Mathildis uxor sua. Nota: competenti die post Gregorii cantetur officium ad Sanctum Iohannem et habeatur memoria Bertholdi Koehl de Campidona et uxoris sue Elizabeth et omnium antecessorum eorundem vivorum et defunctorum.
- III. id. 13. Dominus Rupertus dictus Mülser. Item dominus Wernherus de Umbhausen et uxor sua Wieliep. Item Elizabeth Langin virgo de Campidona.
- II. id. 14. Iohannes dictus Voeli de Sancto Gallo.
- id. 15. Hainricus m. et sac., magister quondam noviciorum.
- XVII. kal. 16. Barbara Cunzburgerin et maritus eius. Item Cristannus de Wenns dictus Zuck.
- XVI. kal. 17. Hainricus dictus Notkopf et Adelhaidis uxor eius et filii eorum. Item domina Brigida de Flies. Item Elizabeth Schurfeisen. Bertholdus m. et sac. Ulrichus cv.
- XV. kal. 18. Tricesimus domini Ulrichi plebani in Germarssgaw. Iohannes Vellin de Memingen amicus noster ac monasterii benefactor specialissimus. Conradus m. et sac., portarius.
- XIV. kal. 19. Domina Mathildis Waldeggerina. Leonhardus Haerberler. Iohannes Gaiser prebendarius noster. Conradus dictus Soemel.
- XIII. kal. 20. Dominus Conradus dictus Waller, quartus venerabilis abb. domus huius. Ulrichus cv. Item Otto Hofpeck de Salzburg.
- XII. kal. 21. Dominus Wirthardus pleb. in Siltz. Dominus Conradus can. Brixinensis. Item Eglolfus de Fuzze. Item domina Gotlin et maritus eius.
- XI. kal. 22. Hainricus de Staudach famulus hospitem et Elizabeth uxor sua et Iohannes filius eorum.
- X. kal. 23. Ob. Conradus Hinderberger de Campidona et Adelhaidis uxor sua et omnium progenitorum eorundem.

- IX. kal. 24. Memoria Osswaldi Sultzmosarii. Memoria Iohannis Mor civis de Ysprugk, progenitorum et omnium amicorum suorum et omnium fidelium defunctorum cum officio et una missa pro defunctis apud Sanctum Iohannem in speciali annuatim ac perpetuo celebrandum. Conradus m. et sac.
- VIII. kal. 25. Ulsceus notarius domini ducis. Conradus sac. Bertholdus Stainhauser. Dominus Martinus quondam pleb. in Flaurling.
- VII. kal. 26. Bertholdus m. et sac.
- V. kal. 28. Hainricus Kamerarius et Angnes uxor eius cum duobus filiabus suis, item soror Mathildis de Prutz, missa. Dominus Iacobus de Brixina. Hainricus cv.
- IV. kal. 29. Iohannes de Freyberg cognomento Leychnam.
- III. kal. 30. Mathens Mair de Noerdlingen famulus domini abbatis. Dominus Hartungus ppos. in Gries.
- II. kal. 31. Dominus Conradus pbr. socius divinorum in Etz, nuncupatus Ackermou.

APRILIS.

- kal. 1. Domina Margaretha et domina Ursula, uxores domini Iohannis de Schlandersperg. Item domina Lucia. Sebastianus Kripp. Georgius de Freyberg.
- IV. non. 2. Dominus Hainricus illustris rex Bohemie et Polonie, dux Kharinthie, comes Tirolis et Goricie, filius fundatoris nostri, missa.
- III. non. 3. Domina Ofnia illustris ducissa de Cerentina, missa. Item domina Margaretha marchionissa Brandenburgensis, filia regis Hainrici. Memoria purgavii de Nürrenberg et omnium progenitorum suorum.
- II. non. 4. Dominus Conradus pleb. in Axums, missa. Item Conradus Stoltz. Dominus Iohannes dec. et pleb. in Segg. Hanns Watter index noster. Barbara uxor Conradi Vehlum civis de Memingen.
- non. 5. Domina Lugardis de Augusta et soror sua Adelhaidis. Seytz prebendarius noster. Conradus m. et sac.
- VIII. id. 6. Domina Adelhaidis dicta Perchtingerin. Egen Schilhart de Wens.
- VII. id. 7. Iohannes Vehlum de Memingen, precipuus benefactor monasterii nostri, et Anna soror eius. Erhardus filius eius.
- VI. id. 8. Domina Matza de Rietz dicta Erhartinn. Domina Angnes uxor domini Wernheri de Yspruga. Item UH Weinzierl. Barbara Ziegelpachin. Anna Lechnerin et Anna Müllerin de Augusta. Hainricus m. et sac. Hainricus cv.
- V. id. 9. Dominus Iohannes de Leibolzingen, Anna filia. Margaretha de Etz.
- IV. id. 10. Dominus Bertholdus de Ysma, prothonotarius dominorum ducum. Albertus m. et sac. Eberhardus cv.
- III. id. 11. Rudolffus civis de Ysma et Elizabeth uxor eius.
- II. id. 12. Ulrichus de Fridberg pbr. et professus monasterii Udensis. Iohannes Hueber famulus noster fidebis in Curia.
- id. 13. Richentza de Thaur mater Iohannis Venatoris. Balthauser Vogt prebendarius noster.
- XVIII. kal. 14. Domina Iuta et Iacobus de Schrovenstein maritus eius. Domina Ade(l)haidis uxor Bernhardi Tarandi. Gerndrudis dicta Pockschintin.
- XVII. kal. 15. Hainricus Steiden civis de Campidona. Hainricus Mulsarius. Marquardus cv.
- XVI. kal. 16. Domina Elizabeth uxor domini Georgii de Starchenberg. Ob. dominus Sebastianus venerabilis eps. Brixinensis.
- XV. kal. 17. Domina Adelhaidis, domina Margaretha, uxores domini Hainrici de Tarantsperg. Eberhardus filius Friderici de Freiberg.
- XIV. kal. 18. Nicolaus de Faucibus, item Ul et Gotlin parentes eius. Item Hainricus de Frisinga. Laurencius Nif et uxor sua. Dorothea uxor Cristani Hueber et progenitores amborum, et memoria ipsius Cristani, Dorothea filia eorundem, missa.
- XIII. kal. 19. Ossbaldus Sutor. Iohannes Yseregk. Iohannes Schulthais. Hainricus m. et sac, custos. Seyfridus Springer. Albertus Bedrot. Anna uxor eius.
- XII. kal. 20. Domina Hadwigis uxor domini Alberti de Vellenperg, missa. Dominus Rudolphus abb. domus huius. Fr. Iacobus Caldardicis sac. et professus monasterii nostri, superior.
- XI. kal. 21. Dominus Gebhardus de Starchenberg, missa. Dominus Andreas Kraft vicarius noster in Seg. Dominus Georgius de Starchenberg, missa. Gisilbertus cantor. Walehunus m. et sac. Dominus Iohannes quondam pleb. ad Sanctum Petrum Tirolis et mater sua. Conradus cv.

- X. kal. 22. Gebhardus Faber de Marano. Dietricus de Gertz. Memoria Hainrici Rieder, Ursule uxoris eius, filiorum, filiarum, progenitorum et omnium consanguineorum eorumdem vivorum et defunctorum. missa. Hainricus cv., magister curie.
- IX. kal. 23. Dominus Marqua(r)du Brixincnsis dec. Gregorius Messnang cv., magister pistrice, collecta „A domo tua“ dicenda est. Memoria domini Martini Pusterl quondam vicarii in Syltz, prebendarii nostri, progenitorum et omnium amicorum suorum ac omnium fidelium defunctorum cum officio et una missa pro defunctis ac publica pronuntiacione infra octo dies vel post festum Georii apud Sanctum Iohannem annuatim in speciali celebranda.
- VIII. kal. 24. Ob. dux Albertus filius fundatoris nostri. Vitus de Augusta m. et sac.
- VII. kal. 25. Cristina uxor Suppani. Frater Andreas Nagelin m. et sac. Mangoldus m. et sac.
- VI. kal. 26. Domina Wilwurgis dicta Creytzerin. Dominus Wero de Eben et uxor sua Wilwurgis. Bernhardus m. et sac. Bertholdus m. et sac.
- V. kal. 27. Ob. dominus Iohannes Bach dec., pleb. in Wertach. intimus fautor et amicus omnium nostrum, sepultus ante introitum capituli. Magister Iohannes Ropoldt de Wertach, carpentarius et prebendarius noster.
- IV. kal. 28. Dominus Hainricus de Freyberg miles. Ob. dominus Thomas Huberler zelator pastoralis cure cenobii Udensis precipuus.
- III. kal. 29. Dominus Eberhardus ppos. monasterii Udensis.

MAIUS.

- kal. 1. Ob. dominus Albertus rex Romanorum, gener fundatoris nostri. Memoria Anshelmi Stoeckl, Margarethæ uxoris sue nec non progenitorum, filiorum et filiarum. Wilhelmus Peruegger can. Novecelle. Burekhardus cv.
- VI. non. 2. Iohannes Stoeckl de Swatz.
- V. non. 3. Conradus m. et sac., custos.
- IV. non. 4. Memoria Christoffori apothecarii de Bolsane et Anne uxoris eius cum una missa pro defunctis. Iohannes quondam officialis in Mays.
- III. non. 5. Iohannes Frank sellator de sprugg. monasterii nostri fautor specialis. Dominus Oto Karlingarius. Hermannus m. et dyac.
- II. non. 6. Anniversarium Friderici de Freyberg et Anne de Hoheneck uxoris eius, filiorum ac filiarum eorumdem et omnium progenitorum vivorum ac defunctorum cum missa pro defunctis.
- non. 7. Hainricus m. et sac., quondam venerabilis abb. domus huius. Dominus Conradus dictus Trutsun.
- VIII. id. 8. Dominus Hilpoldus de Schwangen. Gertrudis dicta Wagnerin.
- VII. id. 9. Albertus dictus Stub et uxor sua. Albertus m. et sac., filius eorumdem. Conradus m. et sac., pomerarius.
- VI. id. 10. Ybanus dictus Suppan, missa. Item domina Mathildis domini Sybadi de Schrovengstein.
- IV. id. 12. Dominus Conradus dictus Trutsun. Gregorius Vogt pbr. et m. monasterii nostri. Item Eberhardus. Item domina dicta Hartwigin et filia eius Gotlieb.
- III. id. 13. Domina Agnes marchionissa Missenensis, filia fundatoris nostri, missam. Conradus m. et sac. Seyfridus cv.
- II. id. 14. Anniversarium parentum et amicorum Berheri pposi de Thetninga, missa. Domina Margaretha soror domini Iohannis de Eben. Margaretha Krippin. Burekhardus cv. Ulrichus m. et sac.
- XVII. kal. 16. Cristannus Pirkner. Bertholdus m. et sac.
- XVI. kal. 17. Memoria Conradi Welsch de Noerdlingen, Agnetis uxoris, progenitorum et omnium amicorum eorumdem.
- XV. kal. 18. Hainricus Waldarius de Fancibus. Item dicto Hybberlin. Item Bernhardus Glogglar. Dominus Michael de Freyberg. Dominus Stephanus venerabilis abb. in Eetall.
- XIV. kal. 19. Iohannes Stolzer de Kitzpuehel. Iohannes Utzel, Elizabeth et Angues uxores eius et memoria progenitorum, filiorum, filiarum eorumdem. Ulrichus m. et sac.
- XIII. kal. 20. Anniversarium monachorum et conversorum ordinis nostri cum collecta „Omnipotens s. d.“.
- XII. kal. 21. Bertholdus cv. Margaretha Stoltzin de Kitzpuehel.
- XI. kal. 22. Kranhardus dictus Wolff. Anna dicta Voelin.

- X. kal. 23. Diemudis uxor Rutz de Umbhausen. Item dominus Albertus Sacksel pbr.
 IX. kal. 24. Dominus Urbanus de Puech can. Curienſis et Iohannes et Florianus fratres eius.
 Otto m. et sac. Hainricus cv.
 VIII. kal. 25. Margaretha uxor Christophori Mulsarii, filia domine de Aur.
 VI. kal. 27. Dominus Otto illuſtris dux Carinthie, primogenitus fundatoris noſtri, miſſa.
 Germigus m. et sac. Hilprandus cv., magiſter curie.
 V. kal. 28. Dominus Otto de Schrovenſtāin. Item dominus Ulricus de Rubein et Adelhaidis
 uxor eius, item dominus Ulricus can. Brixinensis, filius eorum. Iohannes Springſer
 ſpecialis benefactor monaſterii noſtri, in ambitu ſepultus, Barbara Handt-
 hainerin uxor eius.
 IV. kal. 29. Ob. dominus Iohannes venerabilis abbas domus huius. Dyepoldus m. et sac.
 III. kal. 30. Chouradus Rüdger et Angnes uxor eius de Ysuna. Dominus Ulricus Karg pleb.
 in Silz.
 II. kal. 31. Paldwinus et uxor eius Angnes. Item Anna de Hallis. Item magiſter Leonhardus.
 Domina Chunegundis filia Hainrici Rometzarii de Mays.

IUNIUS.

- kal. 1. Ob. venerabilis dominus Eagno eps. Tridentinus. Item domina dicta Frein. Eber-
 hardus pleb. de Zamb.
 IV. non. 2. Conradus index Novi Caſtri. Iacobus Mülser. Domina Angnes de Thaur. Wern-
 hers hospes. Gertrudis et Diemudis uxores eius.
 III. non. 3. Hainricus Stengl.
 II. non. 4. Dominus Iohannes Ried de Kaufbueren, alias Chotz.
 non. 5. Ulricus Keinach.
 VIII. id. 7. Memoria venerabilis domini Iohannis epi. Brixinensis et omnium canonicorum.
 Memoria Iohannis Leiderman civis Franckfordensis, uxorum suarum Margarethe
 et Helene, progenitorum, filiorum, filiarum eorundem. vivorum ac defunctorum.
 V. id. 9. Hainricus m. et sac. Rudolſus cv.
 IV. id. 10. Hainricus et Conradus filius eius et Gebhardus.
 III. id. 11. Hainricus m. et sac.
 II. id. 12. Dominus Bertholdus miles de Ebenhausen, magiſter coquine domine marchionisse.
 Item Katherina Schmidlin de Staudach.
 id. 13. Domina Mira mater domini Ottonis in Epiano etc. Margaretha cognata ipsius.
 Item dominus Otto de Epyano pleb.
 XVIII. kal. 14. Memoria comitis Iohannis de Sanegans. Anne uxoris eius et omnium progenitorum
 vivorum ac defunctorum. Hainricus cv. piſtor.
 XVII. kal. 15. Ulricus Schlickler et uxor eius Mathildis et liberi eorum et Elizabeth.
 XVI. kal. 16. Angnes quondam Waltheri procuratoris.
 XV. kal. 17. Adelhaidis de Bernegge. Item Angnes et Adelhaidis de Bosano.
 XIV. kal. 18. Dominus Bertholdus et domina Agnes et Diemudis de Bosano.
 XIII. kal. 19. Dorothea Steglerin prebendaria noſtra. Hainricus Stegler maritus eius.
 XII. kal. 20. Haintz Plunker et Adelhaidis uxor eius de Etz.
 XI. kal. 21. Iohannes m. et sac.¹⁾
 X. kal. 22. Conradus cv.
 IX. kal. 23. Domina Leizza ſoror Conradi Cholbonis. Waltherus m. et sac.
 VIII. kal. 24. Nicolaus Zürcher. Adelhaidis uxor eius. Nicolaus, Clara et Elizabeth et Adel-
 haidis dicta Poechelmin. Rudolſus m. et ſubdyac.
 VII. kal. 25. Fridericus Grunnenbach. Elizabeth uxor eius. Conradus cv.
 VI. kal. 26. Ulricus dictus Freiffinger. Wernherus m. et sac.
 V. kal. 27. Ulricus Racher civis de Ysprugga et ſoror ſua Mathildis. Item Conradus dictus
 Gerler de Ysprugga.
 IV. kal. 28. Item domina Margaretha. Dominus Hainricus Perthinger de Hohenburg.
 III. kal. 29. Hainricus m. et acclitus.
 II. kal. 30. Mia Stainbrecherin famula et benefactrix noſtra et Iodocus frater eius et uxor
 eiusdem.

¹⁾ Primisser putat, hanc fuisse Iohannem de Campidona monachum Stamsensem extasi et spirita prophetico insignem, qui obiit c. 1350.

IULIUS.

- kal. 1. Domina Mathildis de Ysnina, Conradus filius eius et uxor ipsius et Hainricus cv.
 VI. non. 2. Dominus Iohannes de Parschins.
 V. non. 3. Georgius Hager nauta de Hallis.
 IV. non. 4. Ulrichus m. et sac.
 III. non. 5. Mathildis dicta Mum.
 II. non. 6. Cristofferus Miller quondam familiaris comitum de Metsch. Nicolaus m. et sac.
 Waltherus cv.
 VIII. id. 8. Ob. Elizabeth uxor procuratoris nostri Hans von Mosern.
 VII. id. 9. Rupertus m. et sac. Wilhelmus cv.
 VI. id. 10. Eberlinus de Wald et Iohannes filius eius. Caspar Hugonis prebendarius noster.
 Hainricus cv.
 IV. id. 12. Nüderscharin de Füssen. Hainricus cv. magister pistrine.
 II. id. 14. Burchardus m. et sac.
 id. 15. Leonhardus Reys.
 XVII. kal. 16. Domina Adelhaidis dicta Gendlerin et filie eius Lugardis et Mathildis, missa.
 XVI. kal. 17. Conradus cv.
 XIV. kal. 19. Iohaunes Kefer de Hallis.
 XIII. kal. 20. Ulrichus m. et sac.
 XII. kal. 21. Dorothea uxor Sebaldi Behaim. Berlin de Schwatz. Dominus Leonhardus ppos.
 Novacellensis.
 XI. kal. 22. Hermann Drechsl civis Faucensis et Elizabeth uxor eiusdem eum liberis.
 X. kal. 23. Memoria Ludowig Ricusschoffer et Katherine uxoris eius et omnium amicorum eorum.
 missa. Otto Fabri de Augusta. Item Ulrici de Füssen et liberorum suorum
 et uxoris sue Adelhaidis. Dominus Ulrichus ppos. in Understorff.
 IX. kal. 24. Osbaldus Pewrlin prebendarius noster. Marguardus m. et sac.
 VIII. kal. 25. Rudigerus Renner, Sophia uxor eius, Petrus filius eorum, Elizabeth uxor eiusdem
 Petri, Margaretha et Barbara sorores praedicti Petri.
 VII. kal. 26. Ulrichus Flednitzer miles, Praxedis uxor eiusdem et Wilhelmus filius eorum. Item
 uxor domini Bernhardi de Schertfenberg.
 V. kal. 28. Otto Hofpeck de Salzburg. Michael Weissenbacher.
 IV. kal. 29. Osbaldus Schleiffer de Campidona. Bertholdus m. et sac.
 III. kal. 30. Margaretha Holerin de Ymbst. Michael de Matray. Schweigerns de Liechtenperg.
 II. kal. 31. Hermannus de Kierchperg. Bernhardus Katerlinus.

AUGUSTUS.

- kal. 1. Dominus Georgius Ziegler pleb. in Muringen.
 III. non. 3. Domina Diemadis uxor iudicis de Novo Castro. Item dominus Hainricus et Mathildis
 uxor sua et filia eorum.
 II. non. 4. Eberhardus de Dorhelstain et Mathildis uxor eius, et Ursula uxor Iohannis filii
 eorumdem. Bernhardus m. et sac.
 non. 5. Domina Elizabeth uxor Bertholdi Rubenarii. Item Sophia Karlingerin. Item
 domina Elizabeth de Kipfenberg. Bertholdus m. et sac.
 VIII. id. 6. Memoria domini Hainrici de Tetnangen, comitis Montisfortis, filiorum et filiarum
 et omnium progenitorum ac consanguineorum eiusdem. Ursula de Torcupewren.
 Wilhelmus Pernegger can. Novecello.
 VII. id. 7. Hainricus m. et sac. Conradus m. et sac.
 VI. id. 8. Sigismundus Sparnegker subdiac. professor in Gries. Conradus cv.
 V. id. 9. Dominus Nicolaus Schreiber ppos. monasterii Novacellensis.
 IV. id. 10. Anniversarium magistri Conradi pictoris de Hoto Ferarum in Mays, qui tabulam
 ad publicum altare depinxit manibus propriis ob remedium anime sue et Iuliane
 uxoris sue ac omnium progenitorum eorumdem.
 id. 13. Petrus de Hantzenhaim civis de Hallis. Dominus Hainricus sac. de Redorf. Ma-
 gister Erasmus Steger.
 XIX. kal. 14. Wernherus m. et sac., et memoria patris et matris sue, item et domini Conradi
 Odaeckeri, fratrum et sororum suarum et patris eorum Conradi, item domini
 Nicolai Werhir, Iohannis patris sui et Elizabeth uxoris eiusdem et omnium
 amicorum eorumdem.

- XVIII. kal. 15. Weraherus ppos. in Hettingen, missa.
 XVII. kal. 16. Magister Ubeneiu de Eetz. Cristannus Faber.
 XVI. kal. 17. Dominus Leonhardus Haewstadel quondam pleb. in Yubst.
 XV. kal. 18. Memoria Petri Knewssel amici nostri familiarissimi, uxoris, liberorum, amicorum et omnium progenitorum suorum.
 XIV. kal. 19. Petrus Filinger de Campidona et Anna uxor eiusdem cum collecta „Presta etc.“
 XIII. kal. 20. Chuegundis mater Conradi Sulzmosarii.
 XII. kal. 21. Iohannes nobilis can. Brixinensis. iohannes noster et benefactor specialissimus, huic imponatur collecta „Presta domine“ singulariter.
 XI. kal. 22. Witlinus filius domini Conradi Mulsarii et domina Katherina uxor eius. Wal(t)herus cv.
 X. kal. 23. Dominus Chonradus dictus Tanner, dec. in Freissinga. Item Conradus Witwer.
 IX. kal. 24. Dominus Albertus de Ema, venerabilis eps. Brixiuensis. Hainricus m. et sac.
 VIII. kal. 25. Domina Margaretha de Gerenstain, filia domini Gebhardi de Starkenperg.
 VII. kal. 26. Memoria domini Cristanni Lechtaler et uxoris eius Anne et omnium progenitorum. Conradus m. et sac. Fridericus cv.
 VI. kal. 27. Septimus domine Mathildis Arbergerime. Hainricus m. et sac.
 V. kal. 28. Petrus de Hautzenhain de Halles. Memoria Elizabeth et septem sororum ipsius. Iohannes Uelther magister ville in Mays. Caspar Frech prebendarius noster.
 IV. kal. 29. Dominus Fridericus venerabilis abb. domus huius. Item dominus Witmarus abb. de Wiltina. Domina Adelhaidis mater Hainrici de Starckenperg. Item domina Cristina de Schlossperg et Conradus maritus eius, missa.
 III. kal. 30. Dominus Udalricus venerabilis eps. Brixinensis. Ulrichus Predinger. Elizabeth Tentzlin. Georgius Murator.
 II. kal. 31. Domina Elizabeth dicta Puecherin. Iohannes de Eben. Conradus m. et sac.

SEPTEMBER.

- kal. 1. Domina Elizabeth et domina Mathildis, quondam uxores domini Udalrici de Liebenberg, missa. Item magister Hainricus prothonotarius. Iohannes Burger de Memingen. Nicolaus Gottfrid, Anna uxor ipsius. Hainricus m. et sac. Rudgerus cv.
 IV. non. 2. Ob. Hainricus Hagg de Campidona et due uxores, item Conradus Hagg filius eius et Margaretha et Anna uxores, item memoria omnium progenitorum et amicorum eorundem, qui ordinavit perpetuam missam ad altare sancte Crucis. Conradus m. et sac.
 III. non. 3. Domina Angues uxor domini Gebhardi de Starckenberg. Domina Anna uxor domini Hainrici de Starckenperg. Albertus dictus Loesslin. Hainricus cv.
 II. non. 4. Conradus Frautz de Kaufpewren. Casper Krappel hospes noster.
 non. 5. Conradus m. et sac. Ulrichus m. et sac.
 VIII. id. 6. Hainricus filius Suppani. Item Wilhelmus civis de Merano. Anna Platerleriu et memoria Elizabeth Justin et mariti sui. Bernhardus m. et sac. Fridericus cv.
 VII. id. 7. Memoria Conradi Sulzmosarii. Hanns Peck famulus infirmorum fidelis.
 VI. id. 8. Iohannes Weis. Dominus Conradus quondam abbas montis Andex.)
 V. id. 9. Domina Angues de Flies. Item dominus Albertus de Vorst. Hainricus cv.
 IV. id. 10. Ulrichus Sutor de Staudach. Conradus m. et acollitus. Dominus Gänthelmus pleb. in Memmigen.
 III. id. 11. Hermannus dictus Protpeck de Zambis. Dominus Bertholdus venerabilis eps. Brixinensis. Erhardus cv.
 II. id. 12. Iohannes Taigscher sac. secularis, capellanus noster ad Sanctum Iohannem extra portam.
 id. 13. Ob. dominus Hainricus dictus Gassler, miles, de Grünmigen, qui dedit pro conventu pisces mille de Rap(o)ldtschwil, et memoria Ulrichi genitoris sui, Anguetis matris sue, Margarethe uxoris sue et omnium progenitorum vivorum et defunctorum.
 XVIII. kal. 14. Dominus Iohannes ppos. in Gries.
 XVII. kal. 15. Dominus Ulrichus venerabilis abb. domus huius. Balhauser m. et sac. prior.
 XVI. kal. 16. Dominus Hugo de Rottenberg et domina Adelhaidis mater sua et dominus Albertus patruus suus. Item memoria domini Conradi de Fragenstain. Albertus et Hilt-

) Abbatem Conradum Andeccensem non invenio.

- purgis de Ombress. Arnoldus m. et sac. Domina Margaretha de Gumpenperg, uxor Wilhelmi de Freyberg.
- XV. kal. 17. Dominus Otto Karlingarius. Dominus Conradus pleb. in Mays. Elizabeth et Diemadis de Ilalles. Dominus Conradus Osbald pbr. de Pfranten. Iohannes Schedler prior domus huius.
- XIV. kal. 18. Memoria Iohannis Layderman civis Frauckfordensis, uxorum suarum et omnium amicorum suorum vivorum et defunctorum. Ulicus m. et sac.
- XIII. kal. 19. Trienarius domine Mathildis Arbergerinne. Dominus Hainricus pleb. in Mays et Elizabeth mater sua et soror sua. Item dominus Iohannes pleb. in Silz.
- XII. kal. 20. Domina Wilwurgis de Schlossperg et Rudgerus maritus eius, filiorum, filiarum. Hainricus Harwin. Hainricus Ubeli et uxor sua cum liberis eorum. Item domina Tina dicta Pholerain. Bertholdus m. et sac.
- XI. kal. 21. Elizabeth Trautnerin, filiorum et filiarum eiusdem. Frater Iohannes Vogel m. prior. Hainricus Cupfar de Matray, missa. Adelhaidis uxor eius et Petrus filius eorum.
- X. kal. 22. Dominus Ludovicus dux Carinthie, filius fundatoris nostri, missam. Bertholdus m. et sac.
- IX. kal. 23. Chouradus quondam abb. in Eusserstal. Domina Lucia. Item Conradus m. et sac.
- VIII. kal. 24. Dominus Truttwinus abb. Cesariensis. Dominus Cristannus miles. Albertus dictus Tauschel.
- VII. kal. 25. Georgius Schulthais m. et sac.
- VI. kal. 26. Anniversarium Iohannis Schober et Margarethe uxoris eius cum liberis et amicis vivorum (sic) et defunctorum, missa. Gebhardus m. et sac. Weuzelinus cv.
- V. kal. 27. Domina Bertha coma de Kirchperg, mater domini Brunonis episcopi Brixinensis, missa. Domina Irmgart dicta Tomatzin. Dominus Conradus Kerlinger. Ybanus m. et sac. infirmarius.
- IV. kal. 28. Gerndrudis dicta Walderin de Faucibus. Domina Cristina Praitenpachen de Staudach. Osbalduus balneator de Ymbst. Chonradus Roelter de Riez. Fr. Iohannes Franckforter heremita. Bernhardus m. et sac. Toldlinus servus Karlingarii.
- III. kal. 29. Memoria Hainrici Kircheler et Anne uxoris sue, filiorum et filiarum eorundem. Margaretha de Fayes nutricia domine ducisse de Scotia. Domina Hiltgardis filia domini Petri de Freyberg. Dominus Michael Welsch vicarius noster in Wertach.
- II. kal. 30. Fridericus Venator de Matray, missa.

OCTOBER.

- kal. 1. Ob. Achacius Schenckenberger. Cristina Tegenhartin de Campidona precipua benefactrix nostra, Elizabeth soror, Hainricus frater eius, et memoria omnium progenitorum eorundem.
- VI. non. 2. Hainricus cellerarius de Obermays et uxor eius Diemadis. Mathildis de Dornach. Dominus Fridericus can. Brixinensis. Iohannes Ffeller civis de Marano, amicus noster specialis. Wernherus m. et sac.
- V. non. 3. Dominus Conradus de Arberch, missa. Simon Fras quondam iudex noster fidelis, cuius annuatim habeatur memoria cum vigilia et officio defunctorum in speciali decantandum, pro quibus legavit quatuor libras perpetui redditus.
- IV. non. 4. Ob. domina Gerwech de Liebenberg. Hainricus Utzel sac.
- III. non. 5. Georgius Schilcher. Hermannus m. et sac. Hainricus cv.
- II. non. 6. Dominus Rupertus de Reichnerspurn. Dominus Fridericus Cellerarius can. Brixinensis. Dominus Iohannes pleb. in Memigen.
- non. 7. Erhardus de Kiez. Conradus m. et sac. Ulicus m. et sac. Conradus cv. Dominus Petermannus de Schenano.
- VIII. id. 8. Hainricus m. et sac. Ulicus m. et sac.
- VII. id. 9. Ulicus dictus Poekschnite et Gerndrudis uxor eius. Mathildis dicta Creuzeren. Ulicus de Ebenhausen. Iodoci Moeck de Wiltin. Margarethe et omnium amicorum suorum.
- VI. id. 10. Septimus Conradi de Arberch. Domina Elizabeth regina, prima fundatrix monasterii nostri, missam¹⁾. Hainricus cv. Conradus Estaler. Hermannus m. et sac.

¹⁾ In calendario collicis 211 bibliothecae principis Furstenbergici ad Fontes Danubii, qui antea fuit monasterii Stamsensis et in eo anno 1489 scriptus est, legitur ad 10. Oct.: Ob. Elizabeth coma, Tyrolensis, fundatrix monasterii nostri.

- V. id. 11. Dominus Sigismundus Hefler pleb. in Mays.
 IV. id. 12. Hainricus m. et sac.
 III. id. 13. Dominus Gebhardus de Wer. Domina Clara de Sancto Valentino. Dominus Bertholdus venerabilis abb. domus Iutius.
 II. id. 14. Gerdrudis uxor Seitz prebendarii nostri. Magister Laurencius Hewrling rector scholarium Brixinensium. Wilhelmus de Freyberg. Conradus de Wolkenstein.
 id. 15. Nicolaus iudex Novi Castri et Elizabeth uxor sua, missa. Dominus Wernhardus de Yspruga.
 XVII. kal. 16. Dominus Hainricus marscalcus de Laubers et dominus Albertus de Vellenberg et uxor sua Hatwigis. Dominus Fridericus Weitnawer pleb. in Segg. Conradus m. et sac. Dominus Conradus ppos. monasterii Sancti Michaelis.
 IV. non. 2. 3) Petri de Lazarei 1346. 4) Elisabethae de Paumchirch 1322. Gertrudis.
 III. non. 3. 3) Wicharti. Eberhardi. 4) Gertrudis. Mathildis 1301.
 II. non. 4. 2) Hartrudi diae. 3) Popponis comitis. Dietrici. Ottonis. Ruperti. Erchenberti.
 4) Agnetis. Liwegartis. Wieltrudis.
 non. 5. 3) Wolfhardi. Gishhardi. Henrici. Rudegeri. Cunradi. 4) Mathildis. Agnetis
 1270. Williwirgis. Diemutis.
 VIII. id. 6. 3) Ulrichi. Pernoldi. Geroldi. Meinrudi. Wolewini. Hermanni. 4) Mathildis. Wolzae.
 Irmengartis.
 VII. id. 7. 3) Weichardi.
 VI. id. 8. 3) Dietmari Geisvelder. Ulrichi 1338. Henrici de Trins. Rapotonis.
 V. id. 9. 3) Hermanni. Friderici Perchtinger 1295. 4) Adelheidis.
 IV. id. 10. 2) Balthaseri Wiser sac. 1452. 3) Rudolphi. Udalrici. Richarti. 4) Christinae.
 Villibis 1339.
 III. id. 11. 2) Hermanni sac. 1338. Udalrici sac. 3) Norberti. Gerburci. Pilibilti.
 II. id. 12. 4) Alheidis de Matray.
 id. 13. 3) Gebhardi pleb. in Colsas. 1) Luciae 1323.
 XIX. kal. 14. 2) Ludovici sac. Peregrini sac. 3) Henrici. Merbotonis. 4) Gotlieb. Gertrudis.
 Irmengartis.
 XVIII. kal. 15. 3) Sigefridi. Stephani Stainhorn can. Brixinensis 1300. Henrici Spies de Spies 1458.
 4) Alheidis. Liwegartis. Gisalae de Vels. Agnetis Engelschalchin. Chumegundis.
 Hiltiburgis. Margarethae 1345.
 XVII. kal. 16. 2) Gebhardi subdiae. 3) Christiani Premier 1348. 4) Dietpurcae. Mechtildis.
 XVI. kal. 17. 1) Georgii Brixinensis epi. 1443. 3) Christiani Aethyopis. Arnoldi cv. Ottonis.
 Chunradi.
 XV. kal. 18. 3) Chumonis. Cunradi. Hailwici. Henrici 1173. Cunradi. Dietmari. Gotshalei.
 Swiggeri. Riegheri. 4) Elisabethae. Catharinae Losergin 1396.
 XIV. kal. 19. 2) Wilhelmi sac 1423. 3) Conradi pleb. in Hall 1492. Henrici Rosnplat. Gebotonis.
 Meinhardi. 1) Beatricis comitissae 1331.
 XIII. kal. 20. 2) Conradi prioris. 3) Eberhardi de Matray. Marquardi cv. Waltheri cv. Marquardi
 Oder 1410.
 XII. kal. 21. 2) Udalrici sac. 3) Wilhelmi cv. Eberhardi. Waltheri. 4) Liwegartis.
 XI. kal. 22. 3) Engelmari 1322. Wilhelmi cv. Cunradi. 4) Eufemiae. Hedwigis. Iutae 1292.
 Benedictae.
 X. kal. 23. 1) Hartmanni epi. Brixinensis 1165. 4) Mathildis. Mathildis de Ristain. Hilt-
 gartis. Mathildis. Mathildis 1328. Adlheidis 1313.
 IX. kal. 21. 2) Sifridi sac. 3) Rudegeri Schlosspercher 1325. Henrici comitis. Lazari de Chlan-
 thor. Ortwini. 4) Christinae.
 VIII. kal. 25. 3) Gebhardi. Germundi. Bernardi. Cunradi. Herlanti. 4) Diemutis. Irmengartis.
 Aigeltrudis. Mathildis. Hiltae. Iudithae. Adlheidis.

- VII. kal. 26. 2.) Ioannis Fabri supprior. 1400. 3.) Adelrammi. Ottonis. Rapotonis. Manigolti. Henrici. Rndegeri. 4.) Iutae 1333.
- VI. kal. 27. 3.) Adelinti. Friderici pleb. in Stubai. Ulrici 1341. Hermanni. Waltonis. 4.) Gotelintis de Colsas. Diemutis.
- V. kal. 28. 3.) Caspari de Trautsun et Matray 1447. Bertoldi comitis de Tyrol. 1.) Heloburcae. Rigelinthae. Adlheidis. Hiltae.
- IV. kal. 29. 3.) Cunradi. Gebhardi de Hötting. Henrici. Henrici. 4.) Hailiegae. Hailieae.
- III. kal. 30. 4.) Otiliae. Cunegundis.
- II. kal. 31. 3.) Ernesti comitis. Henrici 1329. LuiPERTI. 4.) Adlheidis.

II.

DIOECESIS FRISINGENSIS.

NECROLOGIUM ATTILENSE.

Necrologii monasterii Attilensis, ordinis s. Benedicti, saeculo XI. ante annum 1050 conditi a comite quodam de Diessen et anno 1087 ab Engelberto comite de Lintburg iterum dotatai sola recensio a Sigismundo Vörschl monacho Attilensi, Martino abbate eius ordinante, anno 1495 incepta et usque in saeculum XVIII. continuata in paginis 77—137 membranae codicis eiusdem monasterii, nunc Monacensis Lat. 3302, extat. Sigismundus quamquam pristinum, quod perit, necrologium secutus totam materiam in quatuor columnas divisit (quarum prima abbates, secunda fratres, tertia sacerdotes et sorores, quarta utriusque sexus laicos complectitur), nomina tamen pauca transseripsit, e quibus ipse hic selecti scitu digniora.

IANUARIUS.

- II. non. 4. Leonhardus Schellustain abb. in Raitenhaslach.
XVIII. kal. 15. Ob. dominus Mathias Schöttl in Rott abb. 1447. Ob. dominus Iohannes Pflueg abb. in Raitenhaslach.
XVII. kal. 16. Ob. venerabilis abb. in Tegerusee dominus Caspar anno 1461.
XIV. kal. 19. Ob. dominus Erasmus abb. in Malerstorf 1495.
VII. kal. 26. Ob. fr. Andreas de Katzpach pbr. n. eg. 1492.
V. kal. 28. Ob. Hainricus com. de Wasserburg.

FEBRUARIUS.

- VII. id. 7. Ob. dominus Iohannes Koffrär abb. in Attl 1432. Ob. dominus Udalricus ppos. in Undensdorf.

MARTIUS.

- V. non. 3. Ob. fr. Caspar prior n. eg. 1477.
V. id. 11. Ob. dominus Udalricus abb. in Attl 1327.

APRILIS.

- kal. 1. Ob. dominus Wilhelmus abb. in Seun 1442.
VIII. kal. 24. Ob. Churadus Zoller, qui contulit nobis 9 ð ð singulis annis pro anniversario.

MAIUS.

- XVII. kal. 16. Ob. Dienud Klampferin mater domini Leonardi abbatis in Ättl, anno 1446.
XIV. kal. 19. Ob. Symon Varher et Hermannus frater suus, qui contulerunt nobis decimam in Springkhupach.
IX. kal. 24. Ob. dominus Fridericus abb. in Röt.
II. kal. 31. Ob. dominus Hainricus Varher in Röt abb. 1459.

IUNIUS.

- VII. id. 7. Ob. dominus Siboto abb. in Ättl.
XIV. kal. 18. Ob. Seyfridus abb. in Ättl.
X. kal. 22. Ob. dominus Stephanus abb. in Attl 1415.

IULIUS.

- kal. 1. Ob. Otto iuvenis com. in Wasserburg.
 non. 7. Ob. dominus Walthasar abb. in Sewn. Ob. dominus Erhardus abb. in Sewn.
 id. 15. Ob. Albertus primus abb. in Sewn.
 XI. kal. 22. Ob. dominus Haydenricus abb. in Ättl.
 X. kal. 23. Ob. Conradus Gärbar et Diemudis uxor eius, qui contulerunt nobis 32 ð de domo
 sua in Wasserburg.
 VII. kal. 26. Ob. Nycolaus abb. in Ättl.
 IV. kal. 29. Ob. Margaretha mater Martini abbatis.

AUGUSTUS.

- kal. 1. Ob. Hertingus abb. in Ättl.
 VIII. id. 6. Ob. dominus Udabricus ppos. in Paunburg.
 XIX. kal. 14. Ob. Seyfridus abb. n. eg.
 XVI. kal. 17. Ob. dominus Conradus Spillwerger abb. in Röt.
 IV. kal. 29. Ob. dominus Pabo abb. in Ättl.

SEPTEMBRIS.

- VIII. id. 6. Ob. dominus Georgius Antzenperger abb. in Ättl 1463.
 XII. kal. 20. Ob. Engelbertus com., secundus fundator huius monasterii Ättl. 1087 et Mathildis
 uxor eius, Ekhardus et Dietricus filii eius.
 IX. kal. 23. Ob. dominus Rudbertus abb. in Ättl.
 III. kal. 29. Ob. dominus Leonhardus abb. in Weißensteden 1484.

OCTOBRIS.

- IV. non. 4. Ob. Gebhardus Vitulus abb. in Raittenhaslach.
 VII. kal. 26. Ob. dominus Conradus abb. in Werdea.

NOVEMBRIS.

- IV. non. 2. Ob. dominus Erhardus abb. in Sewn.
 II. non. 4. Ob. dominus Gyntherus abb. in Ättl.
 id. 13. Ob. dominus Fridericus abb. in Ättl, qui contulit conventui 3 ð in Dieng pro vigiliis
 et missa pro defunctis, fundator misse ad S. Iodocum.
 XVI. kal. 16. Ob. Hainricus abb. in Raittenhaslach.
 XI. kal. 21. Ob. Petrus ppos. in Aw.

DECEMBRIS.

- IV. non. 2. Ob. dominus Eberhardus archieps. Saltzburgensis, qui contulit nobis Wasserburg ¹⁾,
 1246.
 XVII. kal. 16. Ob. dominus Iohannes eps. Sardicensis suffraganeus, professus in Weißensteden,
 1479. Ob. fr. Iohannes pleb. in Pilärsee.
 XI. kal. 22. Ob. dominus Iohannes Steidl abb. in Ättl.
 VII. kal. 26. Ob. dominus Alexius abb. in Röt 1484.

¹⁾ *Monus recentior adscriptis*: „Non est ita, pro Wasserburg legendum Eislfling.“

NOTAE NECROLOGICAE EBERSBERGENSES.

Monasterii Ebersbergensis circa annum 934 canonicis secundum s. Augustini regulam viventibus ab Eberhardo comite conditi et circa annum 1015 ab Udalrico comite ordini s. Benedicti traditi necrologium iam dudum perit. Exstant tantum notae necrologicae, quae calendario collicis membranacei Ebersbergensis, nunc in tabulario regio Monacensi „Reichsarchiv“ sub signo „Ebersberg Kloster, Lit. No. 2“ conservati, saeculis XI. et XII. inscriptae sunt. Quae iam a viro optime merito Orficle in „Script. rerum Boicarum“ (II, 15—18) et iterum in academiae Vindobonensis actis minoribus („Sitzungsberichte“ tom. 53, 232—238) editae sunt.

A me hic eduntur notae priore manu scriptae literis maioribus, saeculo XII. adiunctae literis eisdem, sed unciis inclusis.

IANUARIUS.

non.	5.	Wilram huius loci abb. ob.
XV. kal.	18.	Benedicta femina ob.
XIV. kal.	19.	Ekkirich mil. ob. Gunduni pbr. ob.
XIII. kal.	20.	Ratolt com. ob.
XII. kal.	21.	Perhta femina ob.

FEBRUARIUS.

VIII. id.	6.	Adalheit coma., uxor Eberhardi secundi. ob.
-----------	----	---

MARTIUS.

V. non.	3.	Hardrux mulier ob.
V. id.	11.	Ödalrich com. ob. Megimwart l. ob.
XIV. kal.	19.	Egilolf, Gisla et Egilolf filius eorum obierunt.
X. kal.	20.	Engilpertus m. ob.
IX. kal.	21.	Rihleri mil. ob. Raza mulier ob.
VI. kal.	27.	Adalpero com., filius Ödalrici, ob.
V. kal.	28.	[Hunfrid pbr. et ppos. ob.]

APRILIS.

kal.	1.	Ludowich mil. ob.
XIII. kal.	19.	[Engildico mil. ob.]
IX. kal.	23.	Rihkart coma., uxor Ödalrici, ob.
V. kal.	27.	[Guntheri pbr. et ppos. ob.]

MAYUS.

kal.	1.	[Fridericus archieps. ob.]
VII. id.	9.	Erich abb. ob.
XII. kal.	21.	[Meginpolt pbr, ppos. hic, ob.]

IUNIUS.

- II. non. 4. Chuonradus imperator ob.
 II. id. 12. [Rihlint coma. ob., uxor Adalperonis.]
 XVI. kal. 16. Altman abb. ob.

IULIUS.

- II. non. 6. Ruodpreht de Sliuisheim ob.
 VIII. id. 8. Abram Frisingensis eps. ob.
 XVII. kal. 16. Wichman mil. ob.
 X. kal. 23. Altman mil. ob. Chuonradus puer ob.
 IX. kal. 24. Eberhardus com., filius Ôdalrici, ob.
 VIII. kal. 25. Rôdheri l. ob.

AUGUSTUS.

- IV. id. 10. Gerolt de Eberaha ob.
 V. kal. 28. Waltrich ob.
 III. kal. 30. Dietram mil. ob.

SEPTEMBRIS.

- V. id. 9. Pabo de Haganingum ob.
 III. id. 11. Adalpero com., pater Ôdalrici, ob.
 II. id. 12. Liubolf l. ob.
 XV. kal. 17. Dietker [pbr. et ppos. hic ob.]

OCTOBRIS.

- III. non. 5. Heinrich imperator secundus ob.
 VI. id. 10. Sigihardus com., pater Ratoldi, ob.
 III. id. 13. Reginpoldus Spirensis eps. ob.
 II. id. 14. Tuto mil. ob.
 XII. kal. 21. Rihheri mil. ob.
 IV. kal. 29. [Liutcart coma., uxor Adalperonis prioris, ob.]

NOVEMBRIS.

- II. non. 4. Egilbertus Frisingensis eps. ob.
 II. id. 12. Perhtgozus m. ob. [Welfhard dux ob.]
 XVI. kal. 16. Eberhardus com., filius Ratoldi, et Willipire soror eius obierunt.
 XV. kal. 17. [Egærtus abb. ob.]
 XIV. kal. 18. Adalpertus m. ob.
 XIII. kal. 19. Engilpertus l. de Gruhkingin ob.
 VII. kal. 25. Willipire coma., filia O., ob.
 V. kal. 27. Hiltipure mulier ob.
 II. kal. 30. Heinrich pbr. ob.

DECEMBRIS.

- XIII. kal. 20. Cotini coma., uxor Sigihardi, ob.
 III. kal. 30. Walchuon mil. ob.

NOTAE NECROLOGICAE ECCLESIAE MAIORIS FRISINGENSIS.

Ecclesiae maioris Frisingensis necrologium medio aevo scriptum non castat, notar tantum necrologicae saeculis IX.—XI. scriptae adhuc supersunt.

1.) Nota unica iam saeculo IX. scripta in codice Monacensi Latino 6399 invenitur iamque a Beekero in „Catalogis bibliothecarum antiquis“ (pag. 41) est edita.

2.) Notae necrologicae in marginibus martyrologii membranacei, quod olim ecclesiae maioris Frisingensis fuit, nunc autem est inter bibliothecae regiae Monacensis libros codex Lat. 6421, reperiuntur; scriptae sunt saeculo X. post annum 983 a duobus scriptoribus et continuatae saeculo XI. exeunte. Edidit eas dudum vir optime meritus Dümmler (*Forschungen zur Deutschen Geschichte* XV, 162—166). Illic notae manu prima scriptae literis maioribus, nomina saeculo X. exeunte addita literis maioribus et uncis inclusa, notae demum saeculo XI. adiunctae literis eisdem, sed latius dispositis exhibentur.

3.) Notae necrologicae in codice olim Frisingensis ecclesiae, nunc regiae bibliothecae Monacensis, qui numeratur Lat. 27305, saeculis X. (post annum 993) et XI. martyrologio cuiusdam insertae sunt. Ex quibus quae nunc mutilato codice perierunt, se. ante mensem Iunium inscriptae, adhuc leguntur apud virum clarissimum Rudhart (*Quellen und Erörterungen* VII, 441—459) atque etiam in Böhmeri viri illustrissimi Fontibus (IV, 586—588). Nos manu prima scriptas literis maioribus, saeculo XI. additas literis eisdem uncis inclusis expressimus.

4.) Notae necrologicae ecclesiae maioris Frisingensis insunt etiam in calendario libri sacramentorum olim Frisingensis, nunc bibliothecae regiae Babenbergensis „Ed. III. 11“ (cf. *Katalog der Handschriften der Kgl. Bibliothek zu Bamberg* I 1 pag. 138); scriptae sunt saeculo XI.; ediderunt vir bene meritus Eckhart (*Res Franciae Orientalis* I, 834—37) et iterum vir illustrissimus Bochner (*Fontes* IV, 586). Mecum vir clarissimus Fischer bibliothecarius Babenbergensis communicavit, propter quam liberalitatem gratias ei etiam hoc loco ago maximas. Insignivi autem manu prima scriptas literis maioribus, nomina postea saeculo XI. addita eisdem literis uncis inclusis.

1.

MAIUS.

XIV. kal. 19. Migravit Albinus levita Christi.

2.

IANUARIUS.

kal.	1.	Erimbertus	2.	huius sedis eps. ob.
VIII. id.	6.	Papo	com.	ob.
V. id.	9.	Managolt	l.	ob.
XVI. kal.	17.	Ioseph	3.	huius sedis eps. ob.

- XIV. kal. 19. Hitto pbr. ob.
 XII. kal. 21. Waltila ob.
 III. kal. 30. Mildrut domna ob.

FEBRUARIUS.

- II. id. 12. Star(ch)handus eps. ob.
 VIII. kal. 22. Eodem die Adalio(z) pbr. ob.
 V. kal. 25. Obitus domni Brunonis.

MARTIUS.

- V. non. 3. [Seliman pbr. ob.]
 VI. id. 10. [Reginhalm diae. ob.]
 V. id. 11. Ellenhardus 18. (*sic*) huius sedis eps. ob. anno domini 1078.
 II. id. 14. Humperht l. ob.
 XIV. kal. 19. Kotapold com. ob.
 IV. kal. 29. Ratolt senex ob.
 III. kal. 30. Aeshwin com. ob.

APRILIS.

- kal. 1. Otmar se(ne)x¹⁾ ob.
 III. non. 3. Engildio com. ob.
 non. 5. Liutperht diae. ob.
 VIII. id. 6. Regimperht l. ob. Nitkerus 18. huius sedis eps. ob. anno domini
 1052.
 III. id. 11. Hiltigart monialis ob.

MAIUS.

- IV. non. 4. Aribo 4. huius sedis eps. ob.
 II. non. 6. Cotescalchus 16. eps. ob. anno domini 1005.
 non. 7. Otto imperator ob.
 VII. id. 9. Heriricus pbr. ob.
 II. id. 14. Isanrich l. ob.
 XVI. kal. 17. Purchardus com. ob.
 XV. kal. 18. Ista Waldo huius sedis eps. 10. die de mundo praesul obivit anno
 domini 905.²⁾
 IX. kal. 24. Richpert ob.
 VIII. kal. 25. Dralholfus 12. eps. ob. anno domini 926.

IUNIUS.

- VII. id. 7. Abraham eps. 15. ob. anno domini 994.
 V. id. 9. Wolframms eps. 13. ob. anno domini 937.
 XVII. kal. 15. Adelbertus eps. ob.

IULIUS.

- V. non. 3. . . . archieps. ob.
 IV. non. 4. Odalricus eps. ob.
 III. non. 5. Bellum Baioariorum cum Ungariis in oriente.
 II. non. 6. Oto 11. huius sedis eps. ob. anno domini 906.
 XI. kal. 22. Arnolt com. ob.

¹⁾ In codice ipso scriptum est „sex“.
 Ista Waldo die de mundo praesul obivit.

²⁾ Additamentis sublati versus hexameter creditur hic:

AUGUSTUS.

- kal. 1. Erchanbertus 7. huius sedis eps. ob. anno domini 854.
 II. non. 4. [Ruodpertus I. ob.]
 IV. id. 10. Willifrid pbr. ob.
 XI. kal. 22. Aribo ob.
 VIII. kal. 25. Adalhoch pbr. ob.
 III. kal. 30. Herolt archieps. ob.

SEPTEMBRIS.

- IV. non. 2. Ribho pbr. ob.
 VIII. id. 6. Et obitus Liutolfi ducis.
 VI. id. 8. S. Corbiniani atque dedicatio eius ecclesiae.
 IV. id. 10. Adalpero com. ob.
 XVI. kal. 16. Gowo choreps. ob.
 XIII. kal. 19. Lambertus 14. eps. ob. anno domini 957.
 X. kal. 22. Arnoldus 9. huius sedis eps. ob. anno domini 883.
 V. kal. 27. Atto 5. huius sedis eps. ob.

OCTOBRIS.

- IV. non. 4. Diotmar pbr. ob.
 III. non. 5. [Heinricus dux ob.]
 VII. id. 9. Anno S. eps. ob. anno domini 875.
 VI. id. 10. Tuto eps. ob.
 IV. id. 12. Irinch com. ob.
 XIV. kal. 19. Altman pbr. ob.
 VII. kal. 26. Liutperht pbr. ob.
 VI. kal. 27. Liutkeri I. ob.

NOVEMBRIS.

- kal. 1. Heinricus dux ob.
 III. non. 3. Lupo eps., patriarcha sedis Aquileiae. ob.
 II. non. 4. Egilbertus 17. huius sedis eps. ob. anno domini 1039.
 non. 5. Dedicatio ecclesiae s. Castuli ad Mosapure.
 VIII. id. 6. Kerhart diae. ob. Amalricus archidiae. ob.
 III. id. 11. Nitkerus eps. accepit.
 XVII. kal. 15. Ordinatio Ellenhardi epi.
 XVI. kal. 16. Eparhart com. ob.
 VII. kal. 25. Wagheri pbr. ob.

DECEMBRIS.

- IV. non. 2. Sindo pbr. ob.
 III. non. 3. Romae obitus Ottonis imperatoris augusti.
 IV. id. 10. Ribbertus eps. ob.
 III. id. 11. Hitto 6. huius sedis eps. ob. anno domini 836.
 II. id. 12. Fritilo pbr. ob. Reginpreht archidiae. ob.
 XIX. kal. 14. Liutpold pbr. ob.
 XII. kal. 21. Ordinatio Abrahae epi. Ordinatio Nitkeri epi.
 VII. kal. 26. Liutpolt diae. ob.

3.)

IUNIUS.

kal.	1.	Pernoldus ob.
II. non.	4.	Chuonradus imperator ob.
non.	5.	Salacho I. ob.
VIII. id.	6.	Pezili I. ob.
VII. id.	7.	Abraham venerabilis eps. ob.
V. id.	9.	Wolframms eps. ob. Et Berangarius diae. ob.
III. id.	11.	Waldman pbr. ob.
II. id.	12.	Domna Richiza ob.
id.	13.	Helmpirich inclusa ob.
XVIII. kal.	14.	Aripo diae. ob.
XVI. kal.	16.	Altmannus abb. ob.
XV. kal.	17.	Dietpreht pbr. ob.
XII. kal.	20.	Magnus I. ob.
IX. kal.	23.	Fritilo senex ob. Liutpoldus I. ob.
VII. kal.	25.	Alawich ob.
IV. kal.	28.	Sandpirich fem. ob.

IULIUS.

V. non.	3.	Pero I. Bato pbr. ob.
IV. non.	4.	Depositio sancti Odalrici episcopi. Primizla I. ob.
III. non.	5.	Bellum Baioariorum (cum) Ungaris in oriente. Wichere ¹⁾ pbr. ob.
non.	7.	Gerhoch scolasticus ob.
VIII. id.	8.	Willihalmus pbr. ob.
IV. id.	12.	Goldrun ob.
III. id.	13.	Asmar I. ob. Obitus imperatoris Heinrici.
XIV. kal.	19.	Ratoldus archipbr.
XIII. kal.	20.	Ruotpreht ob.
IX. kal.	24.	Ebarhart com. et Heripreht eps.
VIII. kal.	25.	Albdon ob.
VII. kal.	26.	Herimunt ob. [Heljica ob.
VI. kal.	27.	.. heri pbr. ob.
V. kal.	28.	Gerrat femina ob.
III. kal.	30.	Ungarii Frisingam hora 3. invaserunt die Solis, cunctis his locis manentibus incognitum.

AUGUSTUS.

kal.	1.	Gerolt I. ob.
III. non.	3.	Diemot ob.
II. non.	4.	Ungarii aeclesiam s. Stephani atque s. Viti hora 6. igni dederunt in die Veneris.
VIII. id.	6.	Ödalpertus I. Etich I. ob. Ebarimunt pbr. ob.
V. id.	9.	Hiltipure monialis ob.
III. id.	11.	Bellum Baioariorum cum Ungariis ad Rotam. ubi Ungarii a Baioariis victi sunt tempore Arnulfi ducis in die Veneris.
II. id.	12.	Iterum bellum Baioariorum ad Trunam cum Ungariis, ubi Ungarii a Baioariis occisi sunt tempore Berahtoldi ducis.

¹⁾ *Nomen certe non legendum*

	id.	13.	Waltheri pbr. et mon. ob. Waldram pbr. ob. Hartwicus diae. ob.
XVIII.	kal.	15.	Gerhoch pbr. ob.
XII.	kal.	21.	Adalpreht pbr. ob. Meginhart pbr. ob.
X.	kal.	23.	Gotani ob.
VIII.	kal.	25.	Lantfrid l. ob.
VII.	kal.	26.	Peraholdus com. ob. Ordinatio Egilperti epi.
V.	kal.	28.	Reitker istius aecclesiae custos ob. Asmar diae. et fr. nr. ob.
III.	kal.	30.	Gerwic venerabilis archipbr. ob.

SEPTEMBER.

	kal.	1.	Hamideo l. Riehkêr diae. ob.
III.	non.	3.	Reginhart l. ob. Dietmarus abb. ob.
VI.	id.	8.	Wolfram l. ob.
V.	id.	9.	Hartvigus com. et Wolfehoz obierunt.
III.	id.	11.	Waltheri l. ob. Sancti Pardonis confessoris et episcopi Mogonciensis.
XVIII.	kal.	14.	Otwin diae. ob.
XVII.	kal.	15.	Werinpure monialis.
XIII.	kal.	19.	Lantbertus eps. ob.
XI.	kal.	21.	Periholdus ob.
X.	kal.	22.	Liutpertus l. ob.
IX.	kal.	23.	Michahel eps. ob.
IV.	kal.	28.	Irmanrât ob.
III.	kal.	29.	Wolfhart l. ob.
II.	kal.	30.	Pabo ob.

OCTOBER.

VI.	non.	2.	Odalpreht ob. Waldman pbr. ob.
IV.	non.	4.	Chunigunt monialis.
III.	non.	5.	Heinricus imperator ob.
	non.	7.	Abraham subdiae. ob.
VII.	id.	9.	Adalbero com. ob.
XIX.	kal.	14.	Ebar . . . pbr. ob.
XVII.	kal.	16.	Wicpru ob.
XV.	kal.	18.	Mildrut.
XIII.	kal.	20.	Genia monialis ob. Werinperht subdiae. n. ob.
XI.	kal.	22.	Fr. nr. Pero pbr. ob. Wichram pbr. ob.
X.	kal.	23.	Ilisa femina ob.
VIII.	kal.	25.	Aribo pbr. fr. ob.
IV.	kal.	29.	Papo ob.
III.	kal.	30.	Bertha monialis ob. Maganhardus dec. et pbr.

NOVEMBER.

II.	non.	4.	Egilbertus eps. ob.
	non.	5.	Dedicatio aecclesiae s. Castuli ad Mosapurch.
VIII.	id.	6.	Amalricus diae. ob.
VII.	id.	7.	Dedicatio aecclesiae s. Georgi ad Puhila.
VI.	id.	8.	RôdoIf l.
III.	id.	11.	Erchanfrit ob.

XVII. kal.	15.	Ordinatio Ellenhardi epi.
XVI. kal.	16.	Penno pbr. ob.
XIV. kal.	18.	Ata femina ob.
XIII. kal.	19.	Asmar l. ob.
XII. kal.	20.	Ungari a Baioariis perempti sunt die Iovis.
XI. kal.	21.	Heririch l. ob. Ruodolf abb. ob.
X. kal.	22.	Pernhilt ob. Perchta femina ob. Reginperht eps. ob. Iacco eps. ob.
IX. kal.	23.	Perahtoldus dux ob.
VIII. kal.	24.	Heriperht . . .
VI. kal.	26.	Lantperht l. ob. Pernhart pbr. ob.
IV. kal.	28.	Adalpero dux ob.
II. kal.	30.	Chunigant ob.

DECEMBER.

kal.	1.	Dietrat . . . ob.
IV. non.	2.	Hailpure l. ob.
II. non.	4.	Dietrat ob. Dietram pbr.
V. id.	9.	Altmannus l. ob.
III. id.	11.	Gêrni ob.
XVI. kal.	17.	Iedunch archipbr. ob.
XIII. kal.	20.	Otpertus ob.
XII. kal.	21.	Liutpolt ob.
XI. kal.	22.	Liutpirn femina ob.
VIII. kal.	25.	Humperht ob. Ruotpure ob.
VII. kal.	26.	Altuom ob.

4.

IANUARIUS.

kal.	1.	Erambertus Frig. ¹⁾ eps. ob.
VI. id.	8.	Dietun femina ob.
XVI. kal.	17.	Ioseph Frig. eps. ob.
V. kal.	28.	Ob. Karolus imperator.

FEBRUARIUS.

III. id.	11.	Herimannus archieps. Colonb.
----------	-----	------------------------------

MARTIUS.

VII. id.	9.	Wado l. ob.
XVII. kal.	16.	Ob. Adhelbertus archieps.

APRILIS.

VIII. id.	6.	Nitkerus Frisingensis eps. ob.
XII. kal.	20.	Leo papa ob.
IV. kal.	28.	Bardo archieps. ob.

MAIUS.

IV. non.	4.	Aribo Frig. eps. ob.
II. non.	6.	Cotescalehus Frig. eps.
XV. kal.	18.	Waldo Frig. eps. ob.
IX. kal.	24.	Dracholfus Frig. eps. ob.

¹⁾ I. e. Frisingensis.

IUNIUS.

- II. non. 4. Cōnradus imperator.
VII. id. 7. Abraham eps. Frig. ob.

IULIUS.

- II. non. 6. Oto eps. Frig. ob.
XVII. kal. 16. Wolframus eps. Frig. ob.
X. kal. 23. Ellenhardus I. ob.
IV. kal. 29. Liupoldus I. ob.

AUGUSTUS.

- kal. 1. Erchanbertus Frig. eps. ob.

SEPTEMBER.

- XIII. kal. 19. Lantbertus eps. Frig. ob.
X. kal. 22. Arnolt Frig. eps. ob.
V. kal. 27. Atto Frig. eps.

OCTOBER.

- III. non. 5. Heinricus tertius imperator ob.
VI. id. 10. Anno Frig. eps.
V. kal. 28. Cunradus I. ob.

NOVEMBER.

- II. non. 4. Egilbertus eps. Frig. ob.
XVIII. kal. 14. Wernherus eps. ob.
XVII. kal. 15. Ordinatio domni Ellenhardi epi.

DECEMBER.

- III. id. 11. Hitto Frig. eps. ob.
XIX. kal. 14. Agnes imperatrix ob.

LIBER OBLAGIORUM ECCLESIAE MAIORIS FRISINGENSIS.

Canonici ecclesiae maioris Frisingensis saeculis XIV. et XV. et XVI. calendarium Witheri Bricinense imitantes, redditus suos et ex amiversariis et ex aliis iuribus ortos conscribendos curaverunt. Unde sex libri oblagiorum capituli Frisingensis originem duxerant, qui omnes nunc in tabulario regio Monacensi, Reichsarchiv nominato, sub titulis „Freising, Domstift“, Lit. No. 62, 15, 16, 16^a, 85, 86 asserrantur. Ex eis tamen 16, 16^a, 85, 86, cum tantum summam librorum 62 et 15 reptant, in censum non veniunt. Codicem membranaceum 62 Conrado episcopo Frisingensi regnante (1314—1322) librarius linguae Latinae minus peritus pulcherrime scripsit. Cuius codicis saeculo XIV. notis

paucis aucti apographon est codex 15, qui saeculo XV. post annum 1477 inceptus et manibus pluribus saeculo XV. exeunte continuatus est. Ex utroque codice tantum notas necrologicas hic edidi, rebus omnibus aliis omissis. Ex codice 15 etiam distributionem oblagiorum inter canonicos faciendam, quae longe ibi narratur, neglexi afferre; tantum loca descripsi, ex quibus oblagia ipsa danda fuerant. Primam in codice 62 manum literis maioribus reddidi, continuationes saeculi XIV. factas literis minoribus, notas tantum in codice 15 (a me B nuncupato) additis literis minoribus et uncis inclusis.

IANUARIUS.

- | | | |
|------------|-----|---|
| kal. | 1. | Waltherus ob., servitium de Pach. O. ¹⁾ dat. |
| non. | 5. | Peritoldus fr. n. ob., unde habemus obl. de HERNSHAUSEN. O. dat. |
| VIII. id. | 6. | Ulricus I. ob., servitium de Perg. O. dat. |
| VII. id. | 7. | Ludwicus ob., obl. de Haidolfing. |
| V. id. | 9. | Dietmarus mil. dictus Leitnær ob., obl. de curia in Hag. O. dat. |
| III. id. | 11. | [Anno domini 1481 ob. egregius utriusque iuris doctor, dominus Hainricus Barther, can. ac s. Andree ppos. Frisingensis, qui anniversarium instituit pro se et patre suo, domino Heinricho Barther, canonico Pataviensi, cum Placebo et missa defunctorum.] |
| id. | 13. | Albaro ob., unde habemus obl. de Sandoltzhausen. O. dat. |
| XIX. kal. | 14. | Hainricus ppos. Werdensis ob., obl. de vinea in Hollnburch. [Anno domini 1376 Felicis in Pincis ob. magister Gewman. scolasticus et confr. n., qui legavit nobis fl. 60, quos impendimus communi bono et utilitati ecclesie Frisingensis. ²⁾] |
| XV. kal. | 18. | Chünradus eps. ob., servitium de curia in Lern. Episcopus dat. [Anno domini 1378 in die Prisce virginis ob. Hailwigis Weizzenvelderinn de Monaco, unde habemus Monacensium β 12 de curia Sedelhof in Schönprunn, quos Iohannes Geroldi confr. n. nobis donavit iuxta tenorem literarum super sacrastiam nostram positarum.] |
| XIII. kal. | 20. | [Dominus Martinus Wamsland de Rosenhaim, confr. n. et rector parochialis ecclesie in Waidhoven Pataviensis diocesis, in anime sue et omnium fidelium defunctorum remedium annuatim instituit ipsa die s. Agnetis vero unam Placebo tempore et loco consuetis unacum missa defunctorum peragendis, pro quibus legavit nobis 40 fl. Ungaricos.] |
| VIII. kal. | 25. | Wezelo ob., et 1 dominis dividitur de curia in Sweinpach. |
| V. kal. | 28. | Otto dec. dictus Sappo ob., obl. de domo in foro. O. dat. [Dominus Nicolaus Manezinger ob.] |

FEBRUARIUS.

- | | | |
|-----------|----|---|
| IV. non. | 2. | Chünradus eps., servitium de ecclesia in Lern. O. dat. [Item Arnoldus de Mässenhausen mil. ob., unde habemus δ Ratisponensium β 6 pro presentibus in vigiliis et missa defunctorum de curia in Damprechshausen dicta Dondorf. O. dat.] |
| III. non. | 3. | Eberhardus dictus Sibenpreit. confr. n. ob., obl. de domo lapidea. O. dat. |
| II. non. | 4. | Hainricus dictus Schawer et Mæchthidis uxor eius ob., unde habemus hūbam in Schweinestörf, de qua dividitur et 1 δ presentibus in vigiliis et in missa defunctorum et vicariis presentibus 60 δ . O. dat. |

¹⁾ Abbreviationes O. „obl.“ quibus codices 62 et 15 ipsi utuntur, significant „oblagiarius (oblatarius), oblagium (oblatium).“

²⁾ Obl. de institis nostris Frisinge.

- VIII. id. 6. Liupoldus confr. n. ob., obl. de Pacharn. O. dat.
- VII. id. 7. Agnes dapifera ob., obl. de curia in Ūtenhausen. O. dat.
- VI. id. 8. Ludwicus de Pütelpach et Hailwigis uxor Chūnradi eiusdem filii ob., unde habemus δ Monacensium et 2, qui dividuntur presentibus in vigiliis et in missa defunctorum de curia et pomario in Mittern-pütelpach coniunctis^{a)} cum domo dicti Pütelpechi Frisinge et pratis eiusdem domui anexis. [Dat ille, qui tenet domum sub monte cum turri, et nunc habet Stäedler extraordinarie.]
- IV. id. 10. Perekhofus^{b)} dec., oblagium de Hausen. O. dat.
- II. id. 12. Leupoldus confr. n. ob., obl. de decima in Reisen et curia in Durren-haidolfing. O. dat.
- XVI. kal. 14. Isenrich fr. n. ob., obl. (de) Unnenhausen. O. dat.
- XV. kal. 15. Iohannes Ekkenrich ob., oblagium de area iuxta vienarium.
- XIV. kal. 16. Albrech ob., obl. de agris in Dachaw. O. dat.
- XIII. kal. 17. Uricus dictus Prukar, civis Monacensis, ob., unde habemus δ Monacensium et 1 de advocatia in Riem, que dividitur presentibus in vigiliis et missa defunctorum. O. dat.
- XII. kal. 18. [Anno domini 1373 in crastino Iuliane virginis dominus Alexander Digni de Hildesheim, doctor decretorum, confr. n., itinerando versus curiam Romanam ob. in Constancia, qui legavit nobis fl. 60.¹⁾]
- X. kal. 20. Ekenbertus et Margareta ob., obl. de Tuching. O. dat.
- IX. kal. 21. Arnoldus de Waldek ob., obl. de hūba in Wolfstorf. O. dat.
- VIII. kal. 22. Őrtwims dec. ob., oblagium de decima in Stauthausen. [Decanus dat Anno domini 1386 Kathedra s. Petri ob. dominus Iohannes Geroldi de Monaco pbr. confr. n., qui legavit nobis Ratispon. δ et 20, quas impendimus omni bono et utilitati ecclesie Frisingensis.]
- VII. kal. 23. Engelwanus ob., obl. de Weikenhausen. O. dat.
- VI. kal. 24. Servicium de Lōchirchen. O. dat. Hermannus de Nannhoven can. et custos ob., unde habemus δ Monacensium et 2, que dividuntur presentibus in vigiliis et missa defunctorum, et 1 de conventu in Weihen-steven et et 1 de domo Lantzlūterii et vicariis presentibus δ β 6 de domo et horto in arena. In crastino anniversarii peragatur.
- V. kal. 25. [Conradus dictus Spörl pdeb. s. Georii ob., unde habemus 1 et δ Monacensium de curia in Pangarten.]
- IV. kal. 26. Güntherus Marschaleus ob., oblagium de vinea in Hollnbūreh. [Item dominus de Klingenbergh, eps. huius sedis, ob. dominica invocavit, qui legavit nobis 5 curias Czell, Aich, Churtzling, in Heidolfing 2 curias, in anniversario 2 et, in septimo 2 et, in tricesimo 2 et.]
- III. kal. 27. Fridricus ppos. Mosburgensis ob., unde habemus δ et 1 de domo et area in pede montis super Mosam pro presentibus in vigiliis et missa defunctorum distribuendam.
- II. kal. 28. Agnetis de Rōchling ob., unde habemus δ et 1 de curia in Inchinhoven pro presentibus in vigiliis et missa defunctorum distribuendam. O. dat.

MARTIUS.

- kal. 1. Chūnradus eps., com. Silvestris, ob., servicium de curia in Lern. Episcopus dat. [Anno domini 1469 Iohannes Tumbperger can. huius ecclesie. Eapropter donatum est ecclesie predium Wurmseeck in districtu Egkenfelden et parochia Dietfurtensi]

^{a)} Codex: coniunctas. ^{b)} B: Gerthofus. (Lege: Bertholfus.)

¹⁾ Obl. de domo lapidea quondam ipsius in valle sita super Mosam.

- VI. non. 2. Hainricus de Warngaw ob., obl. de Nansheim. O. dat. [Anniversarius militis Angelberger.]
- V. non. 3. Leupoldus Vertingus, confr. n. ob., oblagium de Sallndörf. Otto de Mæhselrain dec. n. ob., unde habemus $\delta \beta$ 18 de domo et area sub monte prope molendinum et areas 2 apud pontem Hörpruk, que dividuntur presentibus in vigiliis et missa defunctorum et vicariis presentibus δ 60. O. dat.
- IV. non. 4. Magister Fridricus ob., obl. de domo sua et macello. O. dat.
- III. non. 5. Chünradus de Puctelpach mil. ob., unde habemus δ Monacensium μ 2, pro presentibus in vigiliis et missa defunctorum distribuendum de curia et pomario, ut supra¹⁾. [Dat ille, qui tenet domum choralem cum turri sub monte, et nunc tenet Awer.]
- II. non. 6. Alhaidis de Nimberech ob., unde habemus δ Ratisponensium β 4 de molendino in Chleyhain presentibus tantum in missa defunctorum distribuendos. O. dat.
- non. 7. Chünradus Iugentum ob., obl. de tercia parte curie in Reicherstorf. O. dat.²⁾ [Wato de Pullenhausen confr. n. ob., qui legavit nobis aream et domum quondam Milriedern, unde habemus 10 β δ Monacensium. Dominus Conradus de Lapide dat et tenet eandem domum choralem.]
- VIII. id. 8. Chünradus Mösline ob., unde habemus δ Ratisponensium β 3 de hūba in Sweinhilstörf, que dividitur presentibus tantum in missa defunctorum. O. dat.
- VII. id. 9. Wernlinus dictus Spreider et Hailwigis uxor eius ob., qui legaverunt nobis curiam dimidiam in Reiptrechtzhouen, unde habemus oblagium. O. dat.
- VI. id. 10. Agnetis de Helfenbrunn, Fridricus de Achdörf frater eiusdem et Elysabeth uxor Fridrici ob., unde habemus δ Monacensium β 10 de domo lapidea sub monte, qui distribuuntur presentibus in vigiliis et missa defunctorum. O. dat.
- V. id. 11. Ellenhardus eps. ob., unde habemus servicium de Sigoltzsteten. O. dat. [Item magister Heinrich Implar confr. n. ob., qui legavit nobis 1 curiam in Goroletz prout dictam Czagelhof, unde habemus β 12 δ .]
- IV. id. 12. Liukardis ob., obl. de Dietelstörf. O. dat.
- III. id. 13. Arnoldus de Paltzing et Agnes uxor eius ob., unde habemus obl. de curia in Paltzing. O. dat. [Anno domini 1420 ob. dominus Iohannes Ebron, can. Frisingensis, ppos. Iticensis, in profesto s. Gregorii pape, unde habemus 2 μ δ Monac.]
- II. id. 14. Reichkardis et Irmgart filia eius ob., obl. de Druchthering.
- id. 15. Arnoldus de Eschenlöch ob., oblagium de domo et area in arena.
- XVII. kal. 16. Fridricus Sappo ob., obl. de Pach. [Anniversarius domini Iohannis Heller de Monaco, utriusque iuris doctoris, confris n.³⁾]
- XVI. kal. 17. Otto eps. ob., obl. de capella in Adlingen iuxta Glau. O. dat. [Anno domini 1457 ob. dominus Iohannes Türndel dec. n., legavit pratum 4 dicum ultra Ysram, nunc tenet Czeller duas, Weichser unam et Staedler unam extraordinarie.]
- XV. kal. 18. Hainricus ppos. s. Andree ob., obl. de Pacharn. O. dat. [Anniversarius domini Iohannis Sachs, sacre pagine doctoris, confratris n., unde habemus 1 μ δ .]
- XIV. kal. 19. Götfridus Griffio ob., obl. in Celle. O. dat.

¹⁾ Vide s. Febr. ²⁾ In B scripta est haec nota iam ad 19. Februarii. ³⁾ Obl. de domo, barreo, orto, area et reliquis ad eandem pertinentibus, sitis in monte Frisingensi inter domum domini Mechadis de Seckendorff, prout canonicis ex uno et domum spectantem ad officium pincerne episcopatus ecclesie Frisingensis.

- XIII. kal. 20. Herbūreh ob., obl. de Perg. O. dat.
- XII. kal. 21. Adalrum ob., obl. de area Zarracherii.
- XI. kal. 22. Chūnigundis Mosluma ob., unde habemus δ et 1 de domo lapidea in Valle, que dividitur presentibus in vigiliis et missa defunctorum.
- X. kal. 23. Rūdolſus ob., obl. de domo Eberhardi de Haydoling. O. dat. [Anno 1387 X. kal. April. ob. dominus Seyfridus Frawnberger, ppos. Mospurgensis, qui legavit nobis 2 prata 10 iugerum sita ultra Ysarau.]
- IX. kal. 24. Uto et Alhaidis ob., oblagium de Salmauschirchen O. dat. [Anniversarius domini Iohannis Symonis decani n.3]
- VIII. kal. 25. Serviciū de Haugenheim. O. dat.
- VII. kal. 26. Diemfidis dapifera ob., oblagium de curia in Ūtenhausen. O. dat.
- VI. kal. 27. Hainricus et Alhaidis ob., obl. de domo Chlombochi. O. dat.
- V. kal. 28. Hermannus de Puetelpach ob., obl. de Günthering. O. dat. [Anno domini 1443 in die Cene ob. dominus Nycolaus de Gumpenberg ppos. n.3]
- IV. kal. 29. Eps. Geroldus ob., qui dedit nobis Riede, oblagium de Mammendōrf et hūba in Pæsingen. O. dat.
- III. kal. 30. [Anno 1391 ob. dominus Berchtoldus de Frawnberg pbr., can. huius ecclesie, qui legavit curiam in Utzingen, que solvit annuatim \mathfrak{t} 2 Ratisponensium.]
- II. kal. 31. [Anno domini 1425 ob. dominus Degenhardus de Weichs, can. et scolasticus Frisingensis et ppos. s. Castuli Mospurgensis ecclesiarum, pbr., in vigilia Pasce, que fuit ultima die mensis Marcii. Anno domini 1476 confr. n. Petrus Rödler de-cretorum doctor, ppos. Arlacensis ac Ysnensis ecclesiarum, instituit anniversarium suum.]
- APRILIS.
- IV. non. 2. Diepoldus de Mūlried ob., obl. de Ōsterndōrf. O. dat.
- II. non. 4. Gewolfus ppos. de Stelendōrf ob., obl. de predio in Chūmstorf. O. dat.
- VI. id. 8. Chūnradus eps. ob., unde habemus δ Monacensium β 20 de ecclesia in Pacharn pro presentibus in vigiliis et missa defunctorum distribuendos.
- V. id. 9. Serviciū de Rōrmos et Intzenmos. O. dat.
- IV. id. 10. Ūriens dictus Hello de Auroling ob., unde habemus δ Ratisbonensium 60 de curia in Viehuaw. O. dat.
- III. id. 11. Chūnradus ppos. Ysnensis ob., oblagium de area in monte iuxta domi-num Sybotonem.
- XVIII. kal. 14. Gumpolt confr. n. ob., obl. de Sandoltzhausen; [datur de capella s. Augustini et domo Schoneck cum attinenciis.]
- XVII. kal. 15. Pilgrim ob., unde habemus δ et dimidiam de curia in Aurbach.
- XVI. kal. 16. Hainricus dictus Vitulus ob., obl. de hūba in Perge et una sagma vini et una salis in Mulaŵ; [nunc tenet Hainricus Smieher.]
- XV. kal. 17. Albertus ob., obl. de Maysach. O. dat.
- XIV. kal. 18. Syfridus de Wolferstōrf ob., qui dedit nobis ortum situm retro domum tavernarii, unde habemus obl. O. dat.
- XIII. kal. 19. Rūdolſus dec. n., obl. de area scolasticæ.
- XII. kal. 20. Hainricus de Puetelpach ppos. Mospurgensis, serviciū de domo sua in monte sita et de duabus hūbis in Chletheim.
- XI. kal. 21. Alhaidis Mūldōrferinna ob., unde habemus δ β 6 de domo sua; [nunc dat quilibet pleb. s. Georii.]

¹⁾ Obl. de redditibus emptis in Fiekerchen.

²⁾ Obl. de domo choralī sub monte prope gradam,

quam nunc tenet Ruedolf.

- X. kal. 22. Otto dec. n. dictus Sappo ob., oblagium de area iuxta Pullingum. O. dat.¹⁾
- IX. kal. 23. Rüdolfus et Isehart pbr. ob., obl. de Aesenhoven et Achlöch et Holtzmannshausen.
- VIII. kal. 24. [Heinricus Mässinger confr. n. ob.]
- VII. kal. 25. Emcho eps. n. ob., unde habemus obl. de domo pposi. S. Andree in monte, quam ipse construxit.
- VI. kal. 26. Gerhardus ppos. n. ob., unde habemus δ t 1 de domo Liubonis, que dividitur pro presentibus in vigiliis et missa defunctorum.²⁾
- V. kal. 27. Stephanus de Gumpenperg mil. et Adelhaidis uxor eius ob., unde habemus δ Ratisponensium t 1 de curia in Riedhöf, que dividitur pro presentibus in vigiliis et missa defunctorum. O. dat.
- IV. kal. 28. Eps. Megenhardus ob., oblagium in Aesenhoven. [Item Eberhardus Moringer confr. n. ob.]
- III. kal. 29. Guntherus ppos. de Ūgenpach ob., obl. de Woltsach. O. dat.
- II. kal. 30. Albertus ppos. fr. n. ob., unde habemus oblagium de domo et area de Pulling.

MAIUS.

- kal. 1. Rinhalb pbr. ob., obl. de Auroltzhausen. O. dat.
- VI. non. 2. Fridricus de Stauffenbüch ob., obl. de domo Chlobochi^{a)}. O. dat.
- V. non. 3. In septimo pposi. Gerhardi servicium de duabus t δ Ratisponensium advocatie in Vergen. O. dat.
- IV. non. 4. Hainricus mil. dictus Leitnar ob., de quo habemus δ Ratisponensium 60 a canonicis Mospurgensibus et de Mosteten δ t dimidiam, unde habemus oblagium. O. dat.
- III. non. 5. Perichtoldus mil. de Geboltzpach ob., obl. de curia in Mitternehnberch.
non. 7. Göttschalvus eps. et Mæchthilt ob., obl. de curia in Eypenhoven. O. dat.
- VIII. id. 8. Hainricus com. ob., obl. de Chemphingen. O. dat.
- VII. id. 9. Rüdolfus pbr. ob., obl. de Haithausen. O. dat.
- VI. id. 10. Chünradus index de Holzbüch ob., obl. de domo tabernarii. O. dat.
- V. id. 11. Hainricus et Syboto ob., obl. de Asche. O. dat. [Anno domini 1401 in die Pangracii martiris. hoc fuit in die Ascensionis Domini, ob. dominus Stephanus Schillbacz, confr. n. et ppos. Ardaensis, qui legavit nobis pratum suum ultra Ysaram, de quo annuatim habemus 2 t δ Monacensium, tenent nunc Arsinger, Kennater et Tacz.]
- IV. id. 12. Eberhardus dec. fr. n. ob., obl. de domo et area in monte et de orto iuxta pratum Nove Celle et casum de area iuxta scolasticum.
- II. id. 14. Otylia ob., obl. de domo et Ismaning. O. dat.
- XVII. kal. 16. [Anno domini 1374 ob. Dietmarus Fewr confr. n., qui comparavit nobis huebam in Wenigen Pacharn.]
- XIV. kal. 19. Magister Chünradus dedit nobis domum et arcem quondam Dronarii, unde habemus simulam et eminam.
- XII. kal. 21. Rüdolfus ob., obl. de Pugenhausen. O. dat.
- IX. kal. 24. Arnoldus fr. n. ob., obl. de Neichen. O. dat.

^{a)} B: Chlobockrichi.

¹⁾ 6. Maii annotatum est, hunc decanum dolisse canonicis Frisingensibus domum suam cum attinentiis, de quibus habent simulam et eminam et casum. ²⁾ 13. Maii scriptum est, hunc Gerhardum plenum officium instituisse ex censu de theloneo pontis.

- VIII. kal. 25. Eberhardus ppos. n. ob., unde habemus $\delta \beta 7$ de domo iuxta Hartmannum¹⁾.
 VII. kal. 26. Gerwicus et Gerwurga ob., obl. in Höchen. O. dat.
 VI. kal. 27. In tricesimo Gerhardi pposi. obl. de domo Leubonis²⁾. O. dat.
 V. kal. 28. [Anno domini 1372 in die Germani epi. ob. magister Conradus de Ingelstat confr. n., qui ordinavit nobis fl. 50.]

IUNIUS.

- kal. 1. Hainricus custos et Reichgardis uxor sua ob., obl. de Reisen. O. dat.
 III. non. 3. Ludwicus mil. de Puctelpach ob., obl. de tt 1, que datur de thelonio pontis. O. dat.
 non. 5. Syfridus Müldorferius ob., unde habemus $\delta \beta 6$ de domo sua.
 VII. id. 7. Abraham eps. n. ob., qui dedit nobis Chinz.
 V. id. 9. Wolframus eps. ob., obl. de Perchausen. O. dat.
 IV. id. 10. Marquardus de Mübried et Diemūdis uxor eius ob., unde habemus curiam in Altenhausen, de qua distribuitur δ tt 1 presentibus tantum in vigiliis et missa defunctorum. O. dat.
 XVIII. kal. 14. Rüdolfus de Schiren, Uricus de Gilching ob., obl. de domo in foro. O. dat. [Anno domini 1414 ob. dominus Udalricus Waler dominica ante Iohannis Baptiste, confr. n. ac ppos. Ysnensis, qui legavit nobis 30 tt δ Monacensium.]
 XVIII. kal. 15. Fridricus institor et Elysaabeth uxor eius ob., unde habemus servicium de curia in Chemnaten et de area apud balneum. O. dat.
 XIV. kal. 18. Albertus dec. ob., obl. de Eberspach. O. dat.
 XIII. kal. 19. Hainricus de Wolferstorf et Agnes uxor eius ob., unde habemus obl. de curia in Saula. O. dat.
 XII. kal. 20. Perichtoldus de Hausen fr. n. ob., unde habemus obl. de domo in valle iuxta Mosam, et celebrabitur de s. Castulo. O. dat.
 XI. kal. 21. Fridricus ppos. ob., obl. de Pacharu. O. dat.
 IX. kal. 23. Hainricus Milto et Gerwirdis uxor sua ob., obl. de molendino, quod dicitur Sagnūl.
 VIII. kal. 24. Otto de Waldek ob., servicium de institis. O. dat. [Iohannes de Massenhansen confr. n. ob., unde habemus Monacensium tt 1 de curia in Vūpach.]
 VII. kal. 25. [Wilhelmus de Frawenberg confr. n. ob.]
 VI. kal. 26. [Anno domini 1485 ob. egregius vir dominus Gaspar Schmidhauser, doctor ac confr. n., qui instituit anniversarium suum.]
 V. kal. 27. Hainricus de Helfenbrunn et Hainricus filius suus ob., obl. de hūba in Vernpach. O. dat.
 IV. kal. 28. Perichtoldus de Geboltzpach ob., obl. de curia in Perchein.
 III. kal. 29. Hainricus Smatzo ob., servicium de hūba in Granstorf. O. dat.
 II. kal. 30. Uricus Ossenpech ob., unde habemus δ tt 1 de curia in Ūrgesheim. O. dat.

IULIUS.

- kal. 1. Fridricus ppos. S. Andree ob., obl. de decima in Reisen. O. dat.
 IV. non. 4. Hainricus de Brandenberch ob., servicium de domo iuxta Lugbanch quondam Inchoverii. O. dat.
 II. non. 6. Tragboto ob., servicium de Gunthakerstorf. O. dat.

¹⁾ S. Iunii scriptum est, prepositum ipsam hanc domum donasse.

²⁾ Obl. de domo lapidea an dem Graben quondam magistrī Conradi Schwaichonis.

- VII. id. 9. Hainricus magister camere, confr. n. ob., qui legavit nobis domum suam
bathicarem sub monte, de qua habemus δ Monacensium II 2 pro
presentibus distribuendas.
- V. id. 11. [Anniversarius reverendissimi patris ac domini Johannis Tuelweck, ecclesie Frisingensis epi.]
- II. id. 14. Geroldus occisus, obl. de curia in Wartpabel et de predio in Diepretz-
chirehen. O. dat. [Anno domini 1448 ob. egregius iuris canonici licentiatius
ac confr. n. dominus Dyonisius Abtesmülher.]
- id. 15. Fridricus ppos. Slyersensis ob., unde habemus δ II 2 de thelonio pontis
in Monaco pro presentibus in vigiliis et in missa defunctorum distri-
buendas.
- XVII. kal. 16. Chünradus Sappo et Ch. filius eius ob., unde habemus obl. de curia
in Tal iuxta Chöfsperch. O. dat.
- XIV. kal. 19. Perichtoldus occisus, obl. de Hershhausen et Ürsenhausen. O. dat.
- XII. kal. 21. [Anniversarius venerabilis domini Wilhelmi Tacz confris. n. 2)]
- X. kal. 23. Ulrichus de Wolferstorf, oblagium de Wohltzach. O. dat.
- IX. kal. 24. Hainricus eps. Ratisponensis ob., servicium de Tütenchoven et Lern.
O. dat.
- V. kal. 28. Emeho eps. n. ob., unde habemus servicium. Episcopus dat.
- III. kal. 30. Ornoldus de Haidolfing ob., obl. de domo lapidea in foro. O. dat.
- II. kal. 31. Wonolt ob., obl. de Srekingen. O. dat.

AUGUSTUS.

- kal. 1. Chünradus de Wippenhausen ob., obl. de curia in Sinshausen. O. dat.
- IV. non. 2. Ulrichus pbr. fr. n. ob., obl. iuxta Lyegelluckam. O. dat.
- III. non. 3. [Stephanus de Gumpenperg mil. ob. 2)]
- II. non. 4. Servicium in septimo epi. Emehonis. Episcopus dat.
- non. 5. Fridricus ob., obl. de domo Püzechochi iuxta Lugbauch. O. dat.
- VIII. id. 6. Otto de Liutingen et Agnes de Struwinga ob., obl. de curia in Tüfen-
pach et orto in Tritico. O. dat.
- VII. id. 7. Eberhardus de Pullenhausen confr. n. ob., unde habemus δ Mona-
censium II 1 de domo sua et omnibus pertinenciis suis pro presen-
tibus in vigiliis et missa defunctorum distribuendam, donec successor
suus nobis δ Monacensium II 15 persolvat.
- VI. id. 8. Ulrichus de Aehdörf confr. n. ob., unde habemus δ Ratisponensium β 3
et δ Ratisponensium 20 de curia in Ekk, quos dabunt canonici
Ysnenses.
- V. id. 9. Ysenrich de Tanne ob., obl. de predio in Meilendörf. O. dat.
- IV. id. 10. Otto palatinus ob., servicium de curia in Sindolting. O. dat.
- III. id. 11. Rapot de Gundingen ob., obl. de molendino in Dachaú, quod situm
est iuxta molendinum dominorum. O. dat.
- II. id. 12. Eberhardus de Werd ob., obl. cum cascis. O. dat.
- id. 13. Oblagium de iudice Hainrico iuxta vallem civitatis apud ortulanos
nostros de area et domo quondam Ludwici Vertingi. O. dat.
- XIX. kal. 14. Rüdolfus de Robelstorf fr. n. ob., obl. de domo sua et area in monte.
- XVIII. kal. 15. Ulrichus marschales de Schrovenhausen, servicium de Hürtlsheim. O. dat.
sed nunc dividuntur Monacensium II 2.2)

¹⁾ Pro oblatio ipse satisfecit capitulo 12 II δ in parata pecconia, quae versa est ad utilitatem ecclesiae, anno domini 1464. ²⁾ Obl. de curia in Pangarten. ³⁾ Hoc additamentum in codice A. c. annum 1400 scriptum est.

- XVII. kal. 16. Hainricus ob., obl. de Pernplach. Episcopus dat.
- XVI. kal. 17. Syghardus de Hittenvort ob., obl. de duobus prediis Asselinge et de hūba in Iaibing. O. dat.
- XV. kal. 18. Hainricus Molendinator ob., unde habemus simulam et eminam de domo iuxta Lugbach.
- XIV. kal. 19. Chūnradus ob., obl. de Guntherstōrf. O. dat.
- XIII. kal. 20. Pezilo fr. n. ob., obl. de hūba in Pellnhausen. O. dat.
- XII. kal. 21. Isenrich fr. n. ob., obl. de Hangenheim. O. dat.
- XI. kal. 22. Hainricus de Hohenbūrch ob., obl. de molendino. O. dat. [Ulricus Waler confr. n. ob., qui instituit plenum officium de beata Maria virgine in octava Assumptionis eiusdem cum reliquis. cantu et omni sollempnitate, sicut in die peragendum, pro quo dedit nobis 48 fl. δ Monacensium.]
- X. kal. 23. Hainricus fr. n. ob., obl. de Reichenchirchen cum casois.
- IX. kal. 24. Utho de Muntelban ppos. n. ob., serviciū de Rublide [de domo Schoneck et attinentiis. Anno domini 1436 in die s. Bartholomei ob. dominus Fridricus Stauthaimer confr. n. qui legavit nobis 42 fl. pro anniversario perpetuo die predicto peragendo.]
- VIII. kal. 25. Magister Hermannus ppos. Ardaensis ob., obl. de area sua in monte; [nunc tenet Weichser.]
- VII. kal. 26. In tricesimo Emchonis epi. serviciū. Episcopus dat.
- VI. kal. 27. Gōtfridus eps. ob., serviciū de ecclesia in Flinspach, quam dedit nobis. O. dat.
- V. kal. 28. Fridricus de Montalban ppos. n. ob., serviciū de domo et molendino in Notzing et curia in Lempfridingen; [spectant ad capellam sancti Augustini et domum Schōneck.]
- IV. kal. 29. Adalam (ob.), serviciū de Albotzhoven. O. dat.
- III. kal. 30. Magister Hermannus ppos. Ardaensis ob., obl. de domo et area iuxta Hōrprūk et scampna inter mensas panni. O. dat.
- II. kal. 31. Reinhalm ob., obl. de Eichsendōrf. O. dat.

SEPTEMBER.

- kal. 1. Gōtfridus fr. n. ob., obl. de predio in Mærtzling et domo iuxta molendinum apud tyliam.
- IV. non. 2. Hermannus ob., serviciū de Streitperch et Albotzhoven^{a)}. O. dat.
- III. non. 3. Magister Hermannus ob., obl. de domo et area Rūgzhoverii. O. dat.
- II. non. 4. [Anniversarius domini Iohannis de Tagersheim confris. et scolastici n. peragitur in octava Augustini.]
- non. 5. Agnes uxor Neuchingarii ob., obl. de media hūba in Chemping. O. dat.
- VII. id. 7. [Berchtoldus de Waching eps. huius sedis ob. in vigilia Nativitatis Marie virginis anno domini 1410. qui dedit nobis 100 fl. Ungaricales.]
- IV. id. 10. [Anno domini 1443 ob. dominus Conradus eps. Syrenensis, huius sedis suffraganeus, qui legavit huic capitulo 70 fl. Ren. perpetuo pro agendo anniversarium.]
- II. id. 12. Albertus ob., obl. de Mammendōrf. O. dat. [Anniversarius domini Iohannis Grünwalder epi. ecclesie Frisingensis peragitur 12. die mensis Septembris.⁴⁾]
- id. 13. Gōtschaleus custos n. ob., obl. de domo sua lignea apud Mosam. O. dat.
- XVIII. kal. 14. Eberhardus ppos. S. Viti ob., obl. de domo Rūgzhoverii iuxta pratium. O. dat.

^{a)} B: Adolezhoven.

⁴⁾ Obl. ex curia et habitatione Kuntal prope Veygen sub monte, quas cum bonis ad ecclesiam Frisingensem comparavit.

- XVII. kal. 15. [Anno domini 1369 Uricus de Massenhausen confr. n. et scolasticus ob. Nycomedis martiris, hoc est in octava Nativitatis Marie, qui dedit nobis pratum suum ultra Ysaram apud Aw.¹⁾]
- XVI. kal. 16. Perichtoldus de Röchling mil. ob., unde habemus δ II I de curia in Inchlínhoven in missa presentibus tantum.
- XV. kal. 17. Eberhardus dec. n. et Mængoz ob., obl. in Dörfakker. [Anniversarius domini Udalrici Kemnater, custodis ecclesie et confris. n. cum processione ad capellam sancti Thome.]
- XIV. kal. 18. Perichtoldus de Nánhoven fr. n. ob., unde habemus Veronensium II IO de Germansgaw quondam, sed nunc ex locacione Iacobi de Nánhoven II Veronensium 7 presentibus.
- XII. kal. 20. Eberhardus dec. n. et Albro dictus Sybenpraith et Chúnigundis filia eius ob., obl. de curia in Pugenhausen. [Item anniversarius domini Nycolai Schlegel confris. n.]
- XI. kal. 21. Servicium de Rublide, quod dedit nobis Uto ppos. n. de Montalban.
- X. kal. 22. Otto eps. ob., obl. de Dinthenhausen. O. dat. [Anniversarius domini Iohannis Städler confris. n.]
- IX. kal. 23. Hermannus ob., obl. de domo Cholbokchi. O. dat.
- VIII. kal. 24. Eglolf ob., obl. de Riemm. O. dat. [Anno domini 1436 ob. dominus Caspar Meendarffer dec. huius ecclesie.]
- VII. kal. 25. Hainricus de Hunswie²⁾ fr. n. ob., obl. de hūba in Kirehdörf. O. dat.
- V. kal. 27. Eberhardus tabernarius ob., obl. de curia in Lern et Tütenhoven. O. dat.
- IV. kal. 28. Perichtoldus marschaleus de Schiltperch ob., obl. de domo Arnoldi in foro. O. dat.
- III. kal. 29. Hainricus iudex (ob.). servicium in Pach. O. dat. et oblagium de curia in Pæsing.
- II. kal. 30. Oblagium de curia in Riemen, quam dedit magister Chúnradus. O. dat. [Anniversarius magistri Ludewici Ärb, Mouaci ad S. Petrum cooperatoris.³⁾]

OCTOBER.

- VI. non. 2. Com. Almannus ob., obl. de Perchoven cum caseis. O. dat.
- V. non. 3. Eberhardus et Diepoldus ob., obl. de Ebroltzteten.
- IV. non. 4. Fridricus eps. n. dictus de Montalban ob., qui dedit nobis δ II 3 in ecclesia Veltchirchen, unde habemus servicium.
- II. non. 6. Perichtoldus de Gewoltspach ob., obl. de swaiga in dem Mos prope Haydolfing.
- non. 7. Gebhardus fr. n. ob., obl. de Tamm. O. dat.
- VIII. id. 8. Beatrix de Röchling uxor Chambergerarii ob., obl. de Phetrach. O. dat.
- VII. id. 9. Hainricus eps. ob., servicium de Sarchlingen. Prepositus in Austria dat. [Anno domini 1368 ob. Wernhardus Häring dec. huius ecclesie in die s. Dionisii.⁴⁾]
- II. id. 14. Utschaleus fr. n. ob., obl. de Graaving cum caseis.
- XV. kal. 18. Chúnradus et uxor eius ob., obl. de Haydolfing.
- XII. kal. 21. Uricus advocatus ob., servicium in Imchenhoven. O. dat.
- XI. kal. 22. Diemúdis mater Chúnradi epi. ob., que dedit nobis molendinum in Altenærding; obl. o. dat.
- X. kal. 23. [Anno domini 1476 ob. confr. n. dominus Michael de Segendorf.]
- IX. kal. 24. [Conradus Tölkner. dec. et confr. n. ob.⁴⁾]

¹⁾ D: Hunswie.²⁾ Obl. de prato eius iuncta silvam versus Weghesteven, tenet Icorius pellifex. ³⁾ Obl. de decima in Ysmaring, quam nobis legavit ordinarie.⁴⁾ Obl. de prato ultra Ysaram, tenet dominus Conradus de Lapide scolasticus.⁵⁾ Obl. de curia Stadclod.

- VIII. kal. 25. [Ludwicus de Püncznaw confr. n. ob.¹⁾]
 VII. kal. 26. [Mathilid (sic) dicta Chienbergerin ob.²⁾]
 V. kal. 28. Pericholdus de Hausen fr. n. ob., servitium de domo et area Hainrici de Ayterbach. O. dat.
 IV. kal. 29. Margareta uxor Mösliu ob., obl. de domo Herbonis iuxta Mosam. O. dat. [Anno domini 1485 ob. egregius legum doctor, dominus Udabriens Ärsinger. rector parochialis ecclesie s. Petri in Monaco, qui instituit anniversarium suum.]
 III. kal. 30. Pero fr. n. ob., obl. de Pellenheim. O. dat.

NOVEMBER.

- IV. non. 2. Gerwirc ob., servitium de Rublide, quod dedit ppos. n. de Montaban: [datur de capella s. Augustini et domo Schöneck cum attineciis eorundem.]
 non. 5. Chünradus eps. Anyensis ob., obl. de domo lapidea tabernarii. O. dat.
 VIII. id. 6. Mezeli (ob.), obl. de Reisen. O. dat.
 VII. id. 7. Wolframms ob., obl. de Chager. O. dat.
 V. id. 9. [Anno domini 1415 Gerhoch de Waldeck pbr., confr. n. et custos ecclesie, instituit anniversarium.³⁾]
 IV. id. 10. Guntherus ob., obl. de Dorfakker. O. dat.
 III. id. 11. Albertus eps. n. ob., servitium de curia in Perg. O. dat. Eodem die Syfridus de Fraünberch dedit nobis δ Ratisponensium et 1 de curia Imholtz, que dividitur presentibus tantum.
 II. id. 12. Ernest com. ob., obl. de Drüchthering [datur de capella s. Augustini et domo Schöneck cum attineciis.]
 id. 13. De Weilhaimerio pposito. n. habemus δ β 3 de domo iuxta domum Hartmanni.
 XVIII. kal. 14. Nycolaus ppos. Illmüstrensis confr. n. ob., unde habemus obl. de domo sua in monte, quam ex novo construxit.
 XVI. kal. 16. Fridricus vice dominus fr. n., obl. de domo et area apud decanum: [nunc tenet Weichser.]
 XV. kal. 17. Agnes de Swaching ob., obl. de molendino et orto in Vergen. O. dat.
 XIV. kal. 18. Ulrichus ob., obl. de Itzling. O. dat. [Anno domini 1376 in die Translationis s. Corbiniani ob. Bernardus Kothenhaimer confr. n. et custos ecclesie n.⁴⁾]
 XII. kal. 20. Hainricus scolasticus ob., obl. de Glanerdtorf. O. dat.
 XI. kal. 21. Hainricus, obl. de curia in Teinung. O. dat.
 X. kal. 22. Albertus et Ulrichus ob., obl. de Gisenbach cum caseis [datur de capella s. Augustini et domo Schöneck cum attineciis.]
 VIII. kal. 24. Gerolt, obl. Wetfrideshoven. O. dat. [Anno domini 1391 in vigilia s. Katherine ob. Conradus de Gruenarzhouen can. et custos huius ecclesie, qui legavit nobis 50 fl.]
 VI. kal. 26. Chünradus Wilberti dec. Monacensis. obl. de domo Alberti de Hangeuheim. O. dat.
 V. kal. 27. Syboto de Pnetelpach confr. n. ob., servitium de domibus et ortis apud S. Georium. O. dat.
 IV. kal. 28. Otto ob., obl. de Pach. O. dat.
 III. kal. 29. Ludwicus de Rubelsdorf (ob., unde habemus) simulam et eminam cum caseo in Husmaning.
 II. kal. 30. Hainricus felix puer, servitium de Lochkirchen. O. dat. [Anno domini 1477 ipso die s. Erasmi ob. venerabilis ac egregius vir. dominus Iohannes Städler, arcium decretorumque doctor, confr. n.]

¹⁾ Obl. de prato ultra Yseram, tenet ad presens pleb. S. Georii.²⁾ Obl. de hiba in Ajalterbach.³⁾ Obl. de curia dicta Kirchof in Wolferstorf.⁴⁾ Obl. de curia in Weng et de pratulo quondam

Crasserii Frisinge sito.

DECEMBER.

- IV. non. 2. Fridriens can. S. Viti ob., unde habemus δ et Γ de domo tavernarii presentibus in vesperis et missa publica distribuendam. O. dat.
- III. non. 3. Fluschardus civis Weidhovensis ob., obl. de domo Weniginne. O. dat.
- II. non. 4. Swikerns de Montalban ob., servitium de Rublide, quod dedit nobis Fridricus ppos., filius eius, [et datur de capella s. Augustini et domo Schöneck eum attinenciis. Item Caspar Seyboezstorffer confr. n. et ppos. Mosburgensis instituit nobis anniversarium suum, pro quo pfectus Caspar satisfecit capitulo in prompta pecunia, que versa est ad utilitatem ecclesie Frii. anno domini 1434.]
- non. 5. Hermannus dyac. fr. n. ob., obl. de Nanshaim. O. dat.
- VII. id. 7. Fridriens eps. n. dictus Montalban., unde habemus servitium de curia in Ismaning. Episcopus dat.
- V. id. 9. [Anno domini 1367 magister Conradus dictus Schawch confr. n.¹⁾ Item Franciscus de Preysing subdyac. confr. n. ob.]
- IV. id. 10. Otto Probus Asinus ob., obl. de Reisen. O. dat.
- III. id. 11. Wilhardus de Pulluhausen confr. n. ob., unde habemus δ Monacensium et Γ de predio in Schönprunn pro presentibus in vigiliis et missa defunctorum distribuendam. [Anno domini 1380 ob. Thomas Prunner, pleb. Frisinge in die Damasi pape, qui legavit nobis Ratisponensium et 20.]
- II. id. 12. Haimricus de Ayterbach mil. ob., unde habemus δ Ratisponensium et Γ de curia in Haimprechtzhausen, qui dividuntur presentibus in vigiliis et missa defunctorum. O. dat.
- id. 13. Marquardus de Hultzperch confr. n. et Liukardis mater eius ob., unde habemus δ et Γ de curia in Schabenperg et hūba in Zielzhausen pro presentibus in vigiliis et missa defunctorum distribuendam.
- XIX. kal. 14. Fr. Iacobus Augustinensis²⁾ Monaci ob., unde habemus δ et Γ de ortis solvendam per conventum eiusdem ordinis Monaci pro presentibus in vigiliis et missa defunctorum distribuendam. O. dat.
- XVIII. kal. 15. Mæchthildis ob., obl. de orto iuxta Triticum. O. dat. [Item Peters uxor domini Masseuhauser ob.³⁾]
- XVII. kal. 16. Bernhardus et Uricus pbi. ob., unde habemus δ Monacensium β et Γ de curia Aghering presentibus tantum in missa defunctorum distribuendos.
- XV. kal. 18. Albero fr. n. ob., obl. de Eling. O. dat.
- XIV. kal. 19. Ludwicus de Paltzing ob., obl. de curia in Paltzing. O. dat.
- XIII. kal. 20. Eberhardus de Swæbing ob., obl. de Pacharn. O. dat.
- X. kal. 23. Rüdolfus de Scheirn pbr. ob., obl. de domo in foro. O. dat.
- IX. kal. 24. Servitium de Leru, quod dedit nobis eps. Chūnradus de curia comitis Mospurgensis. Episcopus dat.

¹⁾ R: Augustinarius.

²⁾ Obl. de quadam habita sita in Weykenhausen. Vigiliæ et missa defunctorum decantari debent annualim in capella s. Benedicti, in qua est humatus. ³⁾ Obl. de curia in Neufaren.

NECROLOGIUM FÜRSTENFELDENSE.

Monasterium Fürstenfeldense, ut necem Mariae coniugis expiaret quamvis insontis a se decollatae, anno 1258 Ludovicus Bavariae Superioris dux condidit monachis Cisterciensibus. Cuius concubii celeberrimi necrologium traditum est tantum per eam recensione, quam Iohannes Zolner monachus Fürstenfeldensis saeculo decimo XVII. medio instituit.¹⁾ Codex, qui constat 53 foliis membranaceis, anno 1861 a bibliotheca regia Monacensi emptus nunc ibi inter codices Latinos est 1057. Excerpta ex eo iam anno 1767 in „Mon. Boicis“ (IX, 337—40) edita sunt.

IANUARIUS.

- III. non. 3. Anniversarium venerandi domini Ottonis, Inferioris Bavariae ducis, qui dedit nobis larga remedia ad anniversarium perpetuum pro se et suis progenitoribus et omnibus suis haeredibus, et dandum est servitium valens 12 β δ .
- VI. id. 8. Dominus Andreas huius loci abbas 13. praefuit annis 18. contra Ludovicum Barbatum propter ablata bona actionem instituit in concilio Basileensi et primus infulam impetravit.
- V. id. 9. Cunradus Hübschwirt et Mechtild uxor eius, ab hiis habemus curiam in Yesewang et decimam ibidem et duas hubas in Esting et alia quaedam, et dandum est servitium valens 1 tt δ ; isti sepulti circa altare s. Iacobi.
- III. id. 11. Ulricus Dachawer miles, a quo habemus dimidiam curiam in Lauterpach.
- id. 13. Iohannes Gossenbrot et uxor eius Anna, ab his habuimus 50 tt H, et dandum est servitium valens 1 tt δ .
- XVII. kal. 16. Anno domini 1256 ob. Maria uxor fundatoris nostri prima.
- XVI. kal. 17. Adelhaid Widoltzhoverin de Poel.
- XII. kal. 21. Agnes Möslin de Frisinga, haec dedit nobis curiam in Swetnerskirchen. Cunradus et Irmengard, ab hiis habemus quosdam agros cum quibusdam aliis.
- XI. kal. 22. Anno domini 1467 ob. dominus Udalricus abbas 16., qui rexit hunc locum 10 annis, magnus zelator ordinis, qui valde benefecit monasterio nostro.
- VIII. kal. 25. Agnes Weynpeckin, haec dedit nobis viridarium in Magnbach, de quo conventui dandum est servitium.
- VI. kal. 27. Dominus Hainricus bursarius ecclesiae Augustanae, a quo habuimus 50 tt δ et 40 fl, et dandum est servitium valens tt δ .
- IV. kal. 29. Hainricus de Eysolzried, a quo habemus curiam in Perg.
- III. kal. 30. Sophya, haec dedit nobis 40 tt δ pro quadam curia, et dandum est servitium valens tt δ .
- II. kal. 31. Berchtoldus Parger, hic dedit nobis curiam in Michelskirchen et 20 H, et danda est situla vini.

FEBRUARIUS.

- kal. 1. Ludovicus comes palatinus Reni, dux Bavariae, primus fundator noster, ob. anno domini 1294, et dandum est servitium valens tt δ . Peragetur anniversarius fundatorum hac die et omnes patres dicent missam pro eo.
- IV. non. 2. Anno domini 1290 ob. Hainricus dux Bavariae, frater fundatoris nostri. Waltherus sac. et m., unus de primis fundatoribus. Balduinus, hic dedit nobis praedium in Salzrain.
- III. non. 3. Cunradus de Bairbrunn, hic dedit nobis tria praedia.

¹⁾ In necrologio legimus 20. Augusti notam manu altera additam: Iohannes Zolner sac. et m. n., qui necrologium primo scripsit.

- non. 5. Maechtild Monacensis Genpeckin, haec dedit nobis domum Monachii et alia multa, et dandum est servitium. Item Hainricus de Guntzelhofen, a quo habemus curiam in Harenhofen. Item Wallburgis de Monachio, haec dedit nobis 4 β annuatim.
- VII. id. 7. Anno domini 1439 ob. Conradus Dachawer de Lauterbach, item Wilhelmus filius eius, Ursula, Elizabeth et Omelia filiae eius, item sorores predicti Wilhelmi, item Martha Huntin, item Wernherus Weixner et duae uxores eius, ab his habemus 1 U δ annuatim.
- IV. id. 10. Fuchslin et uxor eius, ab hiis habemus pratum in Olching et calicem et ornamenta altaris.
- id. 13. Fridericus scriba de Mammendorf, a quo habemus piscinam in Grasselfing.
- XVI. kal. 14. Engelscaucus de Plaitwarswang, ab illo habemus pratum ibidem.
- XI. kal. 19. Irmengard, a qua habemus curiam in Westermorf.
- IX. kal. 21. Anno domini 1460 ob. venerandus dux Albertus Inferioris (sic) Bavariae, hic fundavit abbatiam in Audechs, locus conventum de Tegerusee.
- VIII. kal. 22. Gutta Monacensis, haec dedit nobis calicem et plus quam 100 fl et pratum in Alling, quod solvit annuatim 6 β δ , et dandum est servitium valens 4 δ .
- V. kal. 25. Wilburg Geissman, a qua habemus 7 predia.
- IV. kal. 26. Arnoldus miles, magister camerae imperatoris, a quo habemus 9 U H annuatim pro ovis et calicem et lumen ad altare s. Ieronimi, ibi sepultus est sub lapide marmoreo.

MARTIUS.

- VI. non. 2. Baldmarus miles.
- IV. non. 4. Dominus Paulus olim abb. huius loci 14. Elizabeth Bairbrunnerin, haec dedit nobis 9 U δ , haec sepulta est circa altare s. Catharinae.
- II. non. 6. Sixtus Hockenstaler granarius ducis Bavariae in Aichach.
- VII. id. 9. Ioannes Reinboldt secretarius ducis Bavariae, qui valde bene voluit huic loco. Item uxor eiusdem.
- VI. id. 11. Dominus Conradus de Wildenrod, a quo habemus curiam in Puech pro allecibus.
- IV. id. 12. Hainricus de Kitzpuchel, hic dedit nobis 80 U δ . Item Fridericus Zeller et Reichentz uxor eius, a quibus habemus curiam in Herrenzell, et danda est situla vini et pisces.
- III. id. 13. Conradus Hegbach capellanus ad S. Aegidium Esslingae, qui contulit nobis 2 fl Rhen. annuatim. Item Hainricus et Yraclen parentes praefati domini Conradi, item Anna soror eiusdem et omnes de progenie ipsius defuncti.
- id. 15. Conradus dec. Monacensis, hic procuravit lumen mortuorum in caemiterio et dedit nobis curiam Ainhertzofen, quam emit 50 U δ .
- XVI. kal. 17. Anno domini 1324 ob. Hainricus abb. sextus, qui rexit hunc locum 10 annis.
- XIV. kal. 19. Margaretha et Elizabetha uxores Pergeri, harum maritus dedit nobis 40 U δ ad lumen iuxta altare s. Gregorii, et ibidem sepultae sunt.
- XIII. kal. 20. Hainricus de Geggenuit et Wato filius eius, a quibus habemus hubam in Emering, Dominus Chunradus pleb. de Alting, hic constituit nos haeredes omnium bonorum suorum.
- VII. kal. 26. Chunradus Allinger, hic dedit nobis praedium in Welshoven.
- IV. kal. 29. Adelhait, huius maritus donavit nobis capellam cum quadam curia et una decima. Item Wendelborg filia Zachariae, a qua habemus 4 δ in Mittelstetten.
- II. kal. 31. Sigismundus Eisenberger sac. et cap. ad Divum Leonardum ob. hoc die. Leutwinus Monacensis, familiaris noster.

APRILIS.

- III. non. 3. Agnes de Reut uxor pincernae. Item Margaretha Reychenspaurerin, a qua habuimus 20 U δ , et dandum est servitium.
- II. non. 4. Gertrud et Udalricus, per quos habemus curiam in Aufkirchen.
- III. id. 11. Kunigund de Eberstal, a qua habuimus unam domum in Ingolstat.
- II. id. 12. Berchtoldus pleb. de Maysach, ab illo habuimus 13 U δ .
- id. 13. Agnes Schmiecherin filia Zachariae, a qua habuimus 12 U δ .
- XVIII. kal. 14. Anno domini 1411 ob. Iohannes abb. 11., qui rexit hunc locum 11 annis.
- XV. kal. 17. Elizabeth, haec emit nobis vineam in Esslingen.
- XIV. kal. 18. Conradus caecus, hic valde benefecit monasterio huic.

- XI. kal. 21. Arnoldus conv. n., unus de primis. Adelhait, haec emit nobis prediolum in Stainkirchen.
- X. kal. 22. Albertus et Cunradus dicti Gergern de Neumburg, a quibus habemus curiam in Rotenvels, et dandum est servitium valens 11 δ etc., vide vetus martirologium.
- IX. kal. 23. Rudolfus Grans, qui dedit nobis curiam in Prunn.
- VIII. kal. 24. Otto et Fridericus Lanckwatter et Walpurg filia eius et Cunradus Lanckwatter et Elizabeth uxor eius, ab his habemus decimam magnam et parvam in Eining, et danda est situla vini.
- VII. kal. 25. Rüdgerus et Maechtild, a quibus habemus curiam in Hetenhoven.
- IV. kal. 28. Dominus Udalricus Kemnater custos ac concan. ecclesiae Frisingensis maioris, donavit nobis casulam albam preciosam, unum equum et alia necessaria.
- III. kal. 29. Dominus Ioannes pleb. in Hohenbach, ab illo habuimus 4 fl Ratisponenses.
- II. kal. 30. Hainricus in Perta (*sic*), huius haeredes fuimus.

MAIUS.

- kal. 1. Maechtild filia fundatoris de Leonburgk, haec misit nobis casulam multis preciosis lapidibus intexam.
- IV. non. 4. Anno domini 1420 ob. dominus Otto abb. 10., qui rexit hunc locum 16 annis. Henricus Müncher, hic dedit curiam in Maurbach. Item Winhardus dec. in Prugg, confr. n., a quo habet conventus picarium argenteum.
- VIII. id. 8. Hermannus ev. n., a quo habemus praedium in Winthausen.
- VI. id. 10. Ulricus Adeltzhauser sac. et m. n.
- III. id. 13. Adelheit Geissing, a qua habemus hubam in Ottering.
- XVII. kal. 16. Ulricus miles de Ebingen et Uschalk filius eius, unde habemus hubam in Adelzhoven et 4 areas et duo prata in Geissering, et danda est situla vini.
- XVI. kal. 17. Domina Kunigund uxor magistri coquinae de Ebenhausen, huius maritus dedit nobis 4 fl δ annuatim ad perpetuum missam ad altare Petri et Pauli, ibi sepulta iacet.
- XII. kal. 21. Ioannes dictus Pleudorffer, qui dedit nobis annuatim unam urnam vini, hic celebratur anniversarium ipsius, sepultus est in ambitu.
- XI. kal. 22. Conradus Schukeller, a quo habemus curiam in Nassenhausen, et dandum est servitium valens 11 δ .
- IX. kal. 24. Ioannes Dap. eliens submersus circa hoc monasterium, a quo habemus arma et equum.
- VIII. kal. 25. Elizabeth Vichauserin, haec dedit nobis 12 fl δ .
- VII. kal. 26. Irmengard, a qua habemus curiam in Hügelschart.
- V. kal. 28. Arnoldus Seydinger et Adelhait uxor eius, ab hiis habemus 20 fl δ et duas curias in Puchaim et in Alterrotbach, et dandum est servitium.
- IV. kal. 29. Otto familiaris, qui dedit nobis 20 fl ad altare s. Spiritus.

IUNIUS.

- kal. 1. Ioannes Reichenpacher sac. et m. n., qui fuit procurator noster in Esslinga et ibidem fidelissime rexit ac laboravit, ob. anno 1436.
- III. non. 3. Dominus Ulricus dictus Burggraaf, dec. Augustensis, a quo habemus annuatim 8 fl . Item Diemudt, haec dedit nobis domum Monachii.
- non. 5. Rapoto palatinus Bavariae.
- VIII. id. 6. Waltherus dictus Spet procurator noster in Esslingen, et Gutta uxor eius et Petrus filius eius, a quibus habuimus 400 fl pro decima in Neukirchen conventui pro vino et alia bona, quae nobis ab ipsis sunt collata.
- V. id. 9. Anno domini 1480 ob. reverendus pater, dominus Iudocus abb. 17. huius loci, qui hunc locum 13 annis et 6 mensibus laudabiliter rexit et plurimum ditavit.
- III. id. 11. Ioannes dictus Hertel Monachio, a quo habemus vetus et novum testamentum.
- II. id. 12. Otto, hic contulit nobis praedium in Mammendorf.
- id. 13. Dominus Wernherus prothonotarius imperatoris, ab illo habuimus 500 fl ad perpetuum missam ad altare ss. Philippi et Iacobi, ubi sepultus iacet, et dandum est servitium.
- XVII. kal. 15. Hainricus Purvinger et Hailwig uxor eius, ab hiis habuimus 22 fl et calicem, et dandum est servitium.

- XIV. kal. 18. Anno domini 1314 ob. Volkmarus abb. 5., qui rexit hunc locum 30 annis.
 XII. kal. 20. Gebhardus Kennater, a quo habemus 25 $\text{fl } \delta$, et dandum est servitium valens $\text{fl } \delta$.
 IX. kal. 23. Marquardus notarius, hic dedit nobis curiam ad lumen in ambitu.
 VIII. kal. 24. Hainricus sac. et m. n., qui scripsit omnes missales libros huius domus et alia multa. Dominus Ulricus protonotarius domini Ludovici marchionis, hic dedit nobis 600 fl et cappam purpuream ad perpetuam missam et ad lumen altaris s. Bartholomaei, ubi sepultus est, et dandum est servitium valens $\text{fl } \delta$.
 VII. kal. 25. Hainricus de Höhenrain.
 VI. kal. 26. Albertus Puxenhaimer, huius haeredes fuimus.
 V. kal. 27. Anno domini 1271 ob. Anna fundatoris nostri uxor secunda, sepulta est in choro.
 III. kal. 29. Dominus Hainricus primissarius in Prugk, qui dedit nobis 1 $\text{fl } \delta$ et unam mensam, quae valet 4 fl .
 II. kal. 30. Petrus Egen de Augusta, Elizabeth uxor eius, Anna filia ipsorum, Ulricus dictus Röchlinger, item Ioannes miles de Kunigsegk, Elizabeth uxor eius, a quibus habemus tres casulas et calicem.

IULIUS.

- kal. 1. Anno domini 1438 kal. Iulii ob. dux Ernestus Superioris Bavariae.
 VI. non. 2. Hainricus Wäringcr can. ecclesiae Augustensis, item Ioannes Harenstain quondam pleb. in Lautspcr, ab his habet conventus 2 fl annuatim de curia in Geising.
 non. 7. Iacobus Sartor et Elizabeth uxor eius, a quibus habemus 23 fl et unum argenteum picarium.
 VII. id. 9. Domina Kunigund uxor Ottonis de Reusenbach, haec procuravit perpetuam missam et lumen ad altare s. Stephani, unde dedit nobis duas curias et piscinam et mülstatt unum in Stainkirchen et mediam advocatiam in Gilching, et dandum est servitium, ubi sepulta iacet (*sic*).
 id. 15. Anno domini 1387 ob. dominus Chunradus abb. 9., qui fidelissime rexit hunc locum annis 25.
 XVI. kal. 17. Seyfridus, a quo habemus predium in Biburg.
 XIV. kal. 19. Fridericus de Püchaim, qui dedit nobis 14 fl Rhen. et unam vaccam.
 X. kal. 23. Bertha et Hartmannus, a quibus habemus molendinum in Graßelfing.
 IX. kal. 24. Hilturg, haec dedit nobis molendinum in Kaltenpach et alia multa.
 VII. kal. 26. Agnes de Püch familiaris, haec dedit omnia, quae habuit.
 V. kal. 28. Gutta Mülnerin, haec dedit nobis 4 fl Rhen.

AUGUSTUS.

- kal. 1. Peringerius sac. et m. n. Hainricus pleb. in Emeric, qui dedit conventui 20 $\text{fl } \delta$.
 non. 5. Ludnilla avia fundatoris nostri.
 VIII. id. 6. Henriens miles, hic dedit nobis pratium et piscinam.
 VII. id. 7. Hermannus quondam abb., tandem prior. Gerhardus sac. et m. n., prior. Dominus Georgius dictus Ersinger, quondam dec. s. Petri Monachii, a quo habemus curiam unam in Egling et capellam ibidem et calicem, sepultus est in ambitu circa altare.
 id. 13. Rudolphus dux, filius fundatoris nostri. Item Eberhardus medicus, hic dedit nobis curiam in Grasselfing.
 XVII. kal. 14. Waltherus et Mechtild uxor eius de Welschhofen, ab his habuimus 10 $\text{fl } H$, et danda est situla vini.
 XIV. kal. 19. Rudolphus Haslanger et Adelhait uxor eius, ab his habuimus 40 $\text{fl } \delta$, et dandum est servitium.
 VIII. kal. 25. Beatrix Romanorum regina.
 V. kal. 28. Hainricus dictus Pünbatter, a quo habemus curiam in Zell, et danda est situla vini. Item dominus Gotfridus eps. Frisingensis, a quo habemus Yesenwang, unde cantor significet pro eo iuxta ordinis formam solenne anniversarium decantari.
 IV. kal. 29. Ioannes Kerpf miles, a quo habemus curiam in Hantzell, et dandum est servitium valens $\text{fl } \delta$.

SEPTEMBER.

- kal. 1. Cunradus miles de Pflaundorf, qui dedit nobis dimidiam curiam in Erenhoven, item Hairicus de Yesoltzriedt, a quo habemus curiam in Kugenried, item Rapoldus et Demüd de Dürchenholz, a quibus habemus 2 tt Monacenses annuatim de Indenrochen, et dandum est servitium valens tt δ .
- III. non. 3. Cunradus et Adelhait, ab his habuimus 12 tt Ratisponensium, et danda est situla vini.
- II. non. 4. Perchtoldus de Rotpach, a quo habemus annuatim 30 δ .
- III. id. 11. Damidis nutrix imperatricis, ab illa habuimus larga munera, et dandum est servitium valens tt δ .
- id. 13. Anno domini 1435 ob. dux Wilhelmus Superioris Bavariae. Item dominus Ulricus notarius principum Bavariae, hic dedit nobis 400 fl ad perpetuum missam et lumen ad altare ss. Symonis et Iudae, et dandum est servitium valens tt δ .
- XVII. kal. 15. Ludwicus dux.
- XIV. kal. 18. In inceptioe tricenarii dandum est servitium a fratre Cunrado dicto Gauntinger, qui dedit nobis 15 tt δ . Item dominus Ludwicus marchio Brandeburgensis et dux Bavariae, a quo habemus 6 tt δ annuatim, et dandum est servitium valens tt δ .
- XIII. kal. 19. Rudolphus pleb. in Yesenwangk, a quo habuimus 100 tt δ , et dandum est servitium valens tt δ .
- XII. kal. 20. Hermannus et Adelhait uxor eius, hi valde benefecerunt ecclesiae nostrae.
- XI. kal. 21. Dominus Hairicus eps. Kyoniensis, ab illo habuimus 60 tt δ , hic sepultus est in summo.
- X. kal. 22. Anno domini 1496 ob. reverendus pater et dominus Leonhardus abb. 18. ac sacrae theologiae professor egregius huius loci, qui fidelissime rexit annis 16 et mensibus tribus.
- IX. kal. 23. Gislebertus sac. et m. n., unus de primis.
- VIII. kal. 24. Hairicus Part civis Monacensis, a quo habemus calicem et ornamenta, missalia et hubam in Stainbach, et dandum est servitium.
- V. kal. 27. Leopoldus, qui emit nobis curiam in Weßling.
- IV. kal. 28. Otto rusticus de Mammendorf et Adelhait uxor eius, a quibus habemus pratium in Maysach, et danda est situla vini et cantetur a conventu missa pro defunctis, sicut continetur in litera. Item Anna filia predicti Ottonis. Item Wilbirg de Alling.
- III. kal. 29. Fridericus miles de Güntzelhoven, hic constituit nos haeredes omnium rerum suarum et 7 praediorum, sepultus est ante capitulum.
- II. kal. 30. Ulricus de Rotpach, qui dedit nobis curiam in Petmes. Item Wicklinus Hundt confr. n.

OCTOBER.

- VI. non. 2. Anno domini 1414 ob. Stephanus dux Bavariae Superioris, qui dedit nobis 4 ecclesias, videlicet Ainingen, Ryeden, Adeltzhausen et Welshoven.
- II. non. 6. Anniversarium venerandi domini Ludovici marchionis, Superioris Bavariae ducis, qui dedit nobis larga remedia ad perpetuum anniversarium pro se suisque antecessoribus et haeredibus, et dandum est servitium valens 12 β δ . Item Stephanus dux Bavariae Superioris senior, et dandum est servitium valens 12 β δ . Hic peragendum est anniversarium fundatorum.
- non. 7. Wolferus de Hag, hic dedit nobis praedium.
- VIII. id. 8. Zacharius miles de Höhenrain, hic dedit nobis curiam et molendinum in Emering et curiam in Stockach et molendinum et dimidiam curiam Spilberg.
- VI. id. 10. Maechtilde de Planndorf.
- III. id. 13. Folkwinus notarius, a quo habemus Summam Iohannis.
- id. 15. Ulricus Dachawer, hic dedit nobis virularium in Holtzhausen solvens tt δ et praedium in Mitterndorf et saccum siliginis annuatim pro distributione panum pauperibus, et dandum est servitium valens tt δ .
- XVI. kal. 17. Dominus Cunradus de Tann et Hairicus Spitzer canonici S. Andreae Frisingensis et Maechtilde mater prescripti domini Cunradi de Tann, ab his habuimus larga remedia, et dandum est servitium valens tt δ .
- XV. kal. 18. Magister Cunradus Toemlinger, a quo habemus hubam in Ahlouch, sepultus est in ambitu.

- XIV. kal. 19. Fridericus familiaris, hic emit nobis curiam in Alling. Item Hainricus pleb. in Hohenpach.
- XIII. kal. 20. Ulrichus pleb. de Monaco, hic dedit nobis ad 100 fl. δ . et dandum est servitium.
- XII. kal. 21. Agnes filia fundatoris nostri, tunc collata est ecclesiae in P'effling. Item Hainricus Saldorffer de Güntzlhoven, a quo habemus trans Yseram pratum dictum Hailwis, et danda est mensura vini, sepultus est in ambitu inter capitulum et altare.
- X. kal. 23. Cunradus miles, inclusus in Ramoltzdorf, hic dedit nobis curiam trans Yseram.
- IX. kal. 24. Dominus Chunradus de Sechenhausen, hic dedit nobis domum Monaci et curiam in Prunn et alia multa.
- VIII. kal. 25. Dyemüd mater domini Cunradi epi. Frisingensis, haec legavit nobis 100 fl. et domum Monaci, et dandum est servitium valens fl. δ .
- VII. kal. 26. Domina Walpurgis de Weldea.
- IV. kal. 29. Maechtild de Frisinga, ab illa habuimus 15 fl. δ et calicem et ornamenta altaris et alia plura, et dandum est servitium. Item Agnes Neitharting, a qua habemus 3 β annuatim pro tortellis in Caena Domini et Parasceve.
- III. kal. 30. Hainricus sac. de Esting, qui valde benefecit monasterio nostro.
- II. kal. 31. Praentinus Erensinger, a quo habemus tres equos et arma, et dandum est vinum. item Hilprant Erensinger, sepulti sunt ante altare s. Georgi in ambitu.

NOVEMBER.

- IV. non. 2. Kunigund de Tannern, a qua habemus praedium in Westernperg.
- II. non. 4. Anno domini 1362 ob. Ioannes abb. S., qui rexit hunc locum annis 19.
- non. 5. Dyemued uxor Zachariae, de qua habemus curiam in Spilbergk.
- V. id. 9. Kunigund Sturusthelz, a qua habemus curiam in Witelspach et 50 fl. δ et alia quedam, et dandum est servitium valens fl. δ .
- IV. id. 10. Mechtild Tüntzin familiaris, huius haeredes fuimus. Item Nicolaus pbr. dictus Hirenlin, a quo habemus multos codices et alia quedam.
- III. id. 11. Hainricus miles de Eysoltzried et Anna uxor eius et Leonardus filius eius, a quibus habemus 50 fl. δ , et dandum est servitium valens fl. δ , isti sepulti sunt ante altare s. Iohannis Evangelistae. Horum anniversarii dies peragetur in altari s. Iohannis Evangelistae cum precedentis diei vigilia.
- id. 13. Anno domini 1432 ob. Ioannes abb. 12., qui rexit hunc locum 18 annis. Item Ioannes abb. dictus Holtzner in Raytenhaslach, qui fuit illic datus de nostro gremio, qui et 10 annis et certis mensibus rexit. Burckhardus in Emering, hic dedit nobis 2 fl. δ annuatim. Item Dyemüd Dachawerin, haec dedit nobis 15 fl. δ , et danda est situla vini.
- XVI. kal. 16. Agnes ducissa, mater fundatoris nostri, haec contulit nobis plus quam 10 fl. δ annuatim et alia multa, et dandum est servitium.
- XV. kal. 17. Maenherus de Adeltzhausen, ab illo habemus dimidium curiam in Syboltzdorf.
- XIV. kal. 18. Eybanus miles, hic dedit nobis praedium in Veldgedingen.
- XIII. kal. 19. Elizabetha uxor Kerplonis. Item Cunradus Staindel de Monaco, qui benefecit nostro monasterio deditque nobis certos libros. Item Gebhardus Kemmater et uxores eius tres, ab his habemus curiam in P'feden.
- XII. kal. 20. Dyemüd, haec dedit praedium in Helfendorf et 62 fl. Item Wernherus pleb. de Hohenpach et Adelhait mater eius, huius haeredes fuimus.
- XI. kal. 21. Aynwicus de Synchenried, a quo habuimus 30 fl. H.
- IX. kal. 23. Ludwicus filius fundatoris nostri, a quo habemus 16 fl. δ annuatim.
- IV. kal. 25. Hainricus sac. et m. n. dictus de Weilbain, hic secundum dignitatem saeculi fuit liber et can. Frisingensis et dedit nobis 60 fl. et dandum est servitium.
- III. kal. 29. Otto dux, pater fundatoris nostri.

DECEMBER.

- kal. 1. Gerungus sac. et m. n. Greifo cv. n.
- IV. non. 2. Anno domini 1344 ob. Wernherus abb. 7., qui rexit hunc locum annis 20. Eberhardus Perger et Engel uxor eius, a quibus habemus curiam et decimam in Weilach pro vino conventui ministrando, et celebratur anniversarium hac die.
- III. id. 11. Dominus Chunradus Steuch can. ecclesiae Frisingensis, hic dedit nobis 50 fl. Item dominus Ioannes dictus Pächtigen de Monaco, hic fecit 11 vitra in ambitu.

- XIX. kal. 14. Otto dux Bavariae Inferioris, hic dedit nobis remedia in Purckhausen, et dandum est servitium valens 11 δ .
- XV. kal. 18. Chunradus de Stainkirchen.
- XIV. kal. 19. Ulriens de Ehing et leuta uxor eius.
- XIII. kal. 20. Agnes Murzingerin, ab illa habemus annuatim 3 β δ .
- XI. kal. 22. Cunradus iudex, qui dedit nobis 10 11 δ . Item anno 1436 ob. Ulricus Daucher, qui dedit nobis 50 fl Rhen. Item Barbara Wolfis soror ipsius.
- X. kal. 23. Anno domini 1304 ob. Maechtild fundatrix nostra, a qua habemus ad 10 11 δ annuatim, et dandum est servitium valens 11 δ , et celebrandum est anniversarium fundatrixe. Item Otto de Battenwis, hic dedit nobis curiam in Hügelshart.
- IX. kal. 24. Berchtoldus pincerna de Schnappach, cuius haeredes fuimus, unde habemus duas curias et 50 11 δ .
- III. kal. 30. Conradus a Thann can. Frisingensis ad S. Andream, cuius anniversarium hodie habetur, ab eo habemus vineas in Essing Rodt dietas, predium in Perg, prata Ingolstadii Roting dieta et aedes Frisingae.

NOTAE NECROLOGICAE ILMMÜNSTRENSES.

Necrologium monasterii Ilmmünstrensis saeculo VIII. conditi iam dudum perit; habemus tantum eius coenobii, quod anno 1495 cum ecclesia collegiata beatue Mariae virginis Monacensi coniunctum est, necrologicas notas.

1.) *Tabularium regionis Monacense, Reichsarchiv nuncupatum, calendarii cuiusdam, literis Saxonice fortasse iam saeculo VIII. scripti, quod saeculo IX. iacuit in monasterio Ilmmünstrensi, conseruat fragmentum minutissimum. Notas eius iam pristina manu excavatas literis maioribus et latus dispositis, posteriore subiunctas, quae scriptura minuscula utitur saeculumque praese fert IX., literis maioribus hic distincti.*

2.) *Etiam in codice Vaticano Latino 3101, qui anno 1077 in monasterio Ilmmünstrensi scriptus est, tres manus saeculo XII. notas necrologicas inscripserunt, quarum priores literis maioribus, recentiores a duobus continuatoribus additas literis maioribus et ancis inclusis hoc loco insignivi. Gratiam autem maximam habeo viro clarissimo Schellhass, qui Roma mihi officiosissime misit apographon.*

I.

MAIUS.

- II. non. 6. Depositio Eadberhti epi.
- non. 7. Depositio Iohannis epi. Depositio pape . . .
- VIII. id. 8. Depositio Osrici regis.
- V. id. 11. Dedicatio basilicae sancti Arsacii¹⁾ pbi. et confessoris ad Ilmina . .
- III. id. 13. Dedicatio basilicae beatue Mariae.²⁾ Depositio Haittoni mi.

¹⁾ Huic sancto monasterium Ilmmünstrense dedicatum est.

²⁾ Eboracensis.

IUNIUS.

- non. 5. Passio domni Bonifacii epi.
 II. id. 12. Depositio Empricho epi.
 XVIII. kal. 14. Depositio Erchanpald . . .
 XVI. kal. 15. Translatio sancti Quirini in loco, qui dicitur Ad Tegarinseo, hon . . .

2.

IANUARIUS.

- XVI. kal. 17. Ob. Hazecha.
 II. kal. 31. [Gozpertus pbr. ob.]

MARTIUS.

- kal. 1. Ob. Dūda.
 VI. non. 6. Ob. Degeno pbr.
 non. 7. Ob. Berhta.
 XIV. kal. 19. [Guntpreht pbr. interfectus est.]

APRILIS.

- IV. non. 4. [Benedictus acolitus ob.]

IUNIUS.

- XIV. kal. 18. [Reginheri subdiac. ob.]

NOVEMBER.

- XI. kal. 21. [Adalheit ob.]

LIBER ANNIVERSARIORUM MOSBURGENSIS.

In civitate Mosburgensi ad Isaram sita monasterii iam saeculo VIII. commemorati loco Egilbertus episcopus Frisingensis anno 1004 crexit ecclesiam collegiatam et canonicis tradidit secundum s. Augustini regulam viventibus. Quae canonica anno 1599 a Maximiliano duce Barariae Landshutium translata anniversariorum librum saeculo XV. ante annum 1150 inchoatum et tempore sequenti continuatum nobis reliquit. Est codex membranaceus nunc Monacensis lat. 1014. Hoc loco tantum notae prima manu scriptae necesse est edantur.

IANUARIUS.

- II. non. 4. Wolframus confr. n. ob., qui dedit in Halerfurt.
 VII. id. 7. Ulricus Abār ob., qui dedit oblaivum.
 VI. id. 8. Anno domini 1349 ob. Agnes Puchstetin et Albertus maritus eius, qui dederunt nobis pratum solventem (sic) 24 M . Mathildis de Tintenveid ob., 3 β de Sigenheimstorff.

- III. id. 11. Elisabeth de Leuttenbach ob., que dedit nobis curiam in Aützensteten pro eius memoria perpetuum habenda et Chr. mariti sui et Ch. filii sui.
- XIX. kal. 14. Anniversarius domini Hainr. Hinderholtzer sac. et confratris nostri, qui dedit nobis librum missalem et duo passionalia, videlicet hyemalo (sic) et estivale.
- XVI. kal. 17. Anno domini 1257 Ch. eps. Frisingensis ob., 40 (3) de celerario nostro.
- X. kal. 23. Magister Utricus confr. n. ob., qui dedit nobis swaygam Ekkäry in Prukperkg.
- VI. kal. 27. Anno domini 1278 Utricus dec. huius ecclesie ob., 60 δ in Reut.
- IV. kal. 29. Fridericus pbr. ob., qui dedit nobis 3 ll Ratisponensium. Sighardus dec. huius ecclesie ob., 60 δ de Talbach.
- III. kal. 30. Pleb. de Velden ob. dictus Chūno, 40 δ.
- II. kal. 31. Anno domini 1367 ob. Georius dictus Perger de Tēn miles, qui dedit nobis redditus 66 δ de predio in Alsterloch.

FEBRUARIUS.

- kal. 1. Anno domini 1377 (Ch. comes ob.) . . . δ de pon in Talbach.
- IV. non. 2. Agnes de Haselpach ob., 60 δ de orto hic sito. Hainr. dux Bawarie ob., qui dedit nobis ecclesiam in Inchouen, presentibus 60 δ de censu eiusdem ecclesie.
- VII. id. 7. Hainr. miles Leitnär, pater domini Dyetrici, ob., qui dedit nobis swaigam in Aych.
- VI. id. 8. Mathildis ob., que dedit nobis curiam in Phetrach.
- XIV. kal. 18. Anno domini 1374, in die Iuliane virginis, ob. dominus Iohannes dictus Chray, dec. huius ecclesie, qui dedit nobis et ecclesie nostre predia infra scripta, scilicet curiam in Stirsperg et decimam ibidem et in Pfranzpach de quatuor prediis, pratum in Aych, duo prata iuxta patibulum, swaygam auf dem Stainpuchel in Augea, pratum Snödonis iuxta Westerpberg, pratum Gausary ibidem, aream domini Friderici, duos ortos Umchofery, predium auf dem Wasach, duas curias in Willerstorf, ibidem de dote 30 Ratisponensium, ibidem de area 24 Ratisponensium, curiam in Phetrach, hubam in Wang, advocaciam in Wenchenpach etc. Et de hiis prediis instituit omni die in ortu diei unam missam perpetuam in capella conditum celebrandum et sacerdoti eandem missam celebranti 3 ll Ratisponensium de nostro oblayo omni anno perpetuo tribuantur: insuper instituit, ut omni die sabbati plenum officium de beata Virgine solemniter celebraretur, nisi festa impediunt; instituit etiam lumen perpetuum in medio monasterii et unum lumen retro altare s. Castuli et unum lumen perpetuum in cappella s. Leonardi et unum lumen nocturnale in cappella comitum, instituit etiam, ut dies anniversarius obitus sui et sororis sue Agnetis Potznürin in simul peragatur primus, septimus et tricesimus de nocte cum vigiliis in medio monasterii et de mane cum missa defunctorum more solito, et distribuatur presentibus in vigiliis 60 Ratisponensium et in missa defunctorum 60 Ratisponensium.
- X. kal. 20. Utricus miles de Hawnbouch ob., 30 δ de mola in Weichs.
- V. kal. 25. Fridericus de Stauffenburkg ppos. Mospurgensis ob., unde habemus 3 f 10 δ de Egeuhofen, presentibus dividantur.
- IV. kal. 26. Magister Eberhardus scolasticus Freysingensis ecclesie, 40 δ de orto Frisinge sito.

MARTIUS.

- kal. 1. Anno domini 1351 Wernherus de Rügen, confr. n., ob., qui dedit ecclesie Stigelhoveu in Hag.
- IV. non. 4. Otto Salchinger, Marg. uxoris eius, ob., qui dederunt nobis 8 ll δ, quos impendimus (pro) ecclesie nostre utilitate.
- III. non. 5. Petrus Salchinger ob., qui dedit nobis et ecclesie nostre 60 δ Ratisponensium de curia in Syelenting prope Stainkirchen, ut dies anniversarius obitus sui et Margrete matris sue omniumque progenitorum suorum singulis annis in medio monasterii nostri more solito celebraretur.
- II. non. 6. Hartnit miles ob., 60 δ in Rechpach.
- VI. id. 10. Hainr. Implr. . . et confr. n. ob., qui dedit nobis 3 ll Ratisponensium, quas impendimus utilitati ecclesie.
- III. id. 13. Otto de Mächselrain ppos. ecclesie Mospurgensis ob., presentibus 1/2 ll Ratisponensium distribuuntur de curia in Tansteten.

¹⁾ Hic comes Mosburgensis obiit iam saeculo XIII; itaque legendum est 1277.

- id. 15. Hartmannus pbr. et confr. n. ob., qui nobis 70 δ de Haselpach et 5 lt et vineas in Montanis (dedit).
- XIV. kal. 19. Rudolfus de Nandolstat ob., qui dedit prediolum in Mauchen solvens 15 δ
- VII. kal. 26. Ch. miles ob., 60 cascos de swaiga in Aich.
- V. kal. 28. Eberhardus de Ärding ob., qui dedit nobis 20 fl ., pro quibus comparavimus in Unkoven agros solventes 70 δ de Stigelsteten in Griekinch et agrum in Holtzun solventem 20 δ
- II. kal. 31. Chunradus comes, advocatus noster, ob., qui dedit nobis curiam in Altham.

APRILIS.

- kal. 1. Thomas miles de Ergolting ob., qui dedit nobis curiam in Hädern.
- IV. non. 2. Magister Otto de Ergolting ob., oblatio de Cell. Chunradus Orlär ob., qui dedit nobis aream et ortum hic situm, solventem 40 δ
- III. non. 3. Hainr. miles ob., qui dedit nobis 60 δ de molendino in Alperstorff.
- II. non. 4. Chunradus dictus Perchovir ob., $\frac{1}{2}$ lt de predio in Eutwisen. Anniversarius Oswaldi δ Oder armigeri feria secunda post Quasimodogeniti.¹⁾
- VIII. id. 6. Hainr. miles ob., oblatio de swaiga in Gand. Item Chunradus frater eius, oblatio de prato et agro.
- VI. id. 8. Gûta uxor Leytuary ob.
- V. id. 9. Dytmar miles ob., 60 δ de Rütterlhausen.
- XVII. kal. 15. Anno domini 1260 Alb. comes, advocatus noster, ob.
- XIV. kal. 18. Chumr. Plousschilt ob., qui dedit vineam suam in Dornach.
- XIII. kal. 19. Hainricus ppos. dictus Putlpeck ob., 40 δ de Reicherstorff apud villam et 20 δ Putlpach, custos ecclesie s. Andree de Frising, item de Sachenperg 3 β .
- XII. kal. 20. Anniversarius domini Alberti venerabilis epi. Freysingensis, qui dedit nobis parrochiam Mospurge, $\frac{1}{2}$ lt de censu eiusdem parrochie dividatur, ob. anno domini 1359.
- X. kal. 22. Reicherus vicedominus ob., 1 lt de curia in Schlackenhoven.
- VI. kal. 26. Eberhardus ppos. maioris ecclesie Frisingensis ob., qui dedit nobis 10 lt Monacensium, pro quibus comparavimus $\frac{1}{2}$ lt redditum in Bimpezzing.
- V. kal. 27. Erhardus miles ob., oblatio de Grueb. Eadem die Erbo de Prül, oblatio.
- III. kal. 29. Domina Sophya ob., filia Wolfhery, que dedit pratellum solvens 20 δ

MAIUS.

- IV. non. 4. Anniversarius Elizabet Pfeffingerynne; 30 δ de custodia et 45 δ de predio Finrays iuxta Dorfien.
- non. 7. Hainricus Leytnar ob., 6 β de predio Schatzlmi.
- XIII. kal. 20. Anno domini 1321 Karulus dec. Mospurgensis ob., qui dedit ecclesie 80 δ de hula in Schmautzhausen.
- XII. kal. 21. Agnes de Talbach ob., que dedit nobis predium in Haselpach.
- IX. kal. 24. Hermannus de Pherrasch ob., unde habemus 5 β de agris Unchofery.
- VIII. kal. 25. Anno domini 1284 Fridricus dec. huius ecclesie ob., 60 δ de prato Chalfschincken.

IUNIUS.

- IV. non. 2. Benedicta coma. ob., 60 δ de Stega.
- VIII. id. 6. Comes Hainricus, advocatus noster, qui dedit nobis curiam in Attenhausen.
- XI. kal. 21. Anno domini 1321 Dyemundis Mospurginna ob., de qua habemus 40 δ Monacensium de area in Monaco. Anno domini 1375 ob. Ubricus Meylinger, qui dedit nobis et ecclesie nostre in prompta et numerata pecunia 8 lt Ratisponensium, quos impendimus empcioni predii in Lern.
- X. kal. 22. Relicta Rugery nomine Perchta de Maurn ob., 20 δ hic sito (*sic*). Seyfridus Iudens ob., 50 δ de prato in Maurn.

IULIUS.

- IV. non. 4. Haytwigis coma. ob., unde habemus $\frac{1}{2}$ lt de Loehen.
- XV. kal. 18. Rugeris de Maurn ob., qui dedit nobis 30 δ de prato et orto ibidem.

¹⁾ Hanc notam solum ex eis, quos post annum 1450 continuatores huius necrologii inscripserunt, hic repetendum esse putari.

- XIV. kal. 19. Ulricus miles ob., qui dedit nobis curiam in Egenhausen.
 X. kal. 23. Anniversarius domini Heinrici epi. Ratisponensis, 60 δ (de) ecclesia Heimdorf, cuius donationem et incorporationem idem dominus eps. cum consensu sui capituli nobis autorisavit.
 VII. kal. 26. Wernherus miles ob., $\frac{1}{2}$ lt de agris et prato hic sitis.
 VI. kal. 27. Dominus Enoch eps. Frisingensis ob., qui dedit 8 marcas argenti et 1 lt reddituum Monacy et de agris Umchof(er)y $\frac{1}{2}$ lt dividantur.)
 II. kal. 31. Siboto miles ob., $\frac{1}{2}$ lt de curia Tabelchonis.

AUGUSTUS.

- IV. non. 2. Anno domini 1202²⁾ Pertholdus Ewstolarius ob., qui dedit 1 lt δ reddituum.
 non. 5. Primus³⁾ Perchtoldi plebani Mo(s)purgensis, sac. et confris. nostri in medio monasterii more solito peragatur, 80 δ de predio in Inferiori Augca emptā (sic) a Tabechonibus.
 III. id. 11. Benedicta coma. ob., que dedit nobis predium in Steyg.
 II. id. 12. Anno domini 1356 ob. dominus Ch. dec. ecclesie Mospurgensis, $\frac{1}{2}$ lt de prediis Beschorngraz et Pätfriding, quorum emptionem (sic) 7 lt Ratisponensium impendit.
 id. 13. Hermannus de Reising ob., qui dedit prediolum in Rewt et libros suos cum prebenda sua. Primus⁴⁾ domini Alberti de Stawdach vicedomini snoranque progenitorum et successorum in medio nostri monasterii, 60 δ de prediis in Teuyng.
 XVIII. kal. 15. Anno domini 1362 Iohannis Perchwß dec. ecclesie Mospurgensis ob.
 XIV. kal. 19. Anno domini 1281 Ch. comes Mospurgensis iunior et ultimus ob.
 XII. kal. 21. Anno domini 1281 Agnes de Selpach ob.
 VIII. kal. 25. Dominus Wolferus ob., qui dedit nobis pratum Roranger.
 VII. kal. 26. Gotfridus eps. Frisingensis ob., qui contulit nobis ecclesiam in Tansteten, 60 δ de censu eodem.
 IV. kal. 29. Anno domini 1328 ob. Pergerus miles, qui miles dedit nobis 60 δ de prato . . . et $\frac{1}{2}$ lt pro . . . vini bibentibus et communicantibus in venie (sic)⁵⁾ et tribus diebus sequentibus et per totum monasterium ad omnia altaria et sacerdoti predicantū eodem ciphni vini et memoria eiusdem militis coram domino habeatur.⁶⁾ Eodem die Mathildis de Haasen ob., 20 δ de area apud Gynganten.

SEPTEMBER.

- kal. 1. Anno domini 1258 Hermannus⁷⁾ civis⁷⁾ ob., unde habemus 53 β Monacensium de domo in Freysing.
 IV. non. 2. Agnes uxor domini Wolferi ob., 60 δ de swayga iuxta Sgtagy (sic).
 non. 5. Chunigunden relictā Törringerii recepitum ad fraternitatem nostram.
 VI. id. 8. Dominus Otto rex Ungarie et dux Bavarie ob., qui dedit nobis ecclesiam Inchoven, anno domini 1312, 60 δ . Sophya coma. de Mospurge ob., que dedit nobis curiam in Pachorn, 60 δ de eadem curia.
 V. id. 9. Nicolaus pleb. in Tal ob., 80 δ
 III. id. 11. Rugerus miles ob., oblatio de curia in Reycherstorf.
 XIV. kal. 18. Dominus ob. dictus Mospurger confr. n., qui dedit 2 lt Ratisponensium cum sequestratione prebenda (sic).
 VIII. kal. 24. Mathildis Leutmarin ob., que dedit nobis 20 β in swaiga Öttelkofen.
 VII. kal. 25. Anniversarius domini Degehardi Weychsar pposi. nostri, 60 δ de curia dicta Güttershof in Schmätzhausen.

OCTOBER.

- IV. non. 4. Anniversarius domini Dyepoldi decani nostri, $\frac{1}{2}$ lt de prato Hochpewnt, quod nobis tradidit, ob. anno domini 1359.
 VIII. id. 8. Anno domini 1254 Hugo dyac. et can. huius ecclesie ob.

¹⁾ Saeculo XVI. hic adiunctum est: Ob. anno 1311 Viennæ et sepultus Frisinge. ²⁾ Legendum esse videtur 1302. ³⁾ Septimus 10. Aug., tricesimus 3. Sept. celebrantur. ⁴⁾ Septimus 19. Aug., tricesimus 11. Sept. celebrantur.

⁵⁾ Legendum esse opinor: Inventione (s. Crucis). — Nota tota iam a librario corrupta est. ⁶⁾ Septimus 4. Aug., tricesimus 28. Sept. celebrantur. ⁷⁾ Haec duo verba pro crisis scripta sunt.

- VII. id. 9. Anno domini 1359 ob. Rugerus Armausperger sac., can. et confr. n., qui dedit nobis 20 β Ratisponensium impendendos pro utilitate ecclesie.
- VI. id. 10. Anno domini 1347 Ludwicus Romanorum imperator ob., qui dedit nobis ecclesiam in Volchmanstorf.
- III. id. 13. Anno domini 1356 ob. dominus Otto de Bartenberkeh sac. et confr. n., $\frac{1}{2}$ fl de prediis Phosngraaz et Pättfriding, quorum emptioni 15 fl Ratisponensium impendit.
- II. id. 14. Orneit de Gukking ob., qui dedit ecclesie 40 δ reddituum.
- XVII. kal. 16. Mänhardus dux Carinthe, qui dedit nobis theoloneum pro 10 karradis educendis, 60 δ .
- XI. kal. 22. Anniversarius Pilgrini plebani Mospurgensis, 3 β δ de domo plebani.
- X. kal. 23. Magister Hermannus de Theissing confr. n. ob., de quo habemus 60 δ de Hartzhausen.
- IX. kal. 24. Dietmar dictus Leytnär miles ob., qui dedit nobis 1 fl reddituum de luba in Alperstorf.
- VIII. kal. 25. Dominus Perchtoldus pbr. dictus de Hausen ob., oblatio de curia in Cel.

NOVEMBER.

- IV. non. 2. Anniversarius Perchtoldi Ayndorf can. et plebani Mospurgensis; 60 et 60 δ de domo et area et prato inferiori, quam domum perpetuam coralem fecit.
- III. non. 3. Fridricus de Hansen ob. anno domini 1275.
- II. non. 4. Albertus eps. Frisingensis ob., 3 β 10 δ de prato empto a dicto Zagelmair. Dominus Perchtoldus pleb. Mospurgensis instituit.
- VIII. id. 6. Anno domini 1313 Iohannes Chaffringer sac. et confr. n. ob., qui dedit ecclesie in anniversario 12 fl reddituum.
- XVIII. kal. 14. Otto Leutnär ob., de quo habemus 60 δ de custodia.
- XV. kal. 17. Hainricus miles ob., qui dedit nobis lubam in Vermspach et duo predia in Haselpach et Phetrach.
- XII. kal. 20. Commemoratio fratrum canonicorum maioris ecclesie Frisingensis a nobis illo die est celebranda propter ecclesiam in Taustetten, presentibus 60 δ de censu eiusdem ecclesie dividantur.
- X. kal. 22. Hainricus miles ob., 60 δ in Perchoven.
- IX. kal. 23. Anniversarius domini Wintheri dicti Waldar sac. et confr. nostri ob., qui dedit nobis domum suam in area Ortwini, quam vendidimus et ecclesie nostre impendimus, item unum bonum psalterium, presentibus 60 δ de Hantzenöd.
- VII. kal. 25. Fridricus pleb. in Salach ob., qui dedit 5 fl Ratisponensium.
- IV. kal. 28. Seyfridus de Zamehofen dedit nobis ortum hic situm, solventem 30 fl , presentibus dividantur.
- III. kal. 29. Gebeno miles ob., qui dedit nobis curiam in Egenhausen.

DECEMBER.

- kal. 1. Clunardus comes, advocatus noster, ob., qui dedit nobis curiam in Freispach.
- IV. non. 2. Mathildis de Turtenveld ob., oblatio de Pyebelspach, presentibus 60 δ .
- II. non. 4. Anno domini 1393, in die s. Barbara ob. illustris princeps, dominus Fridricus dux Bavarie, qui dedit et incorporavit nobis et ecclesie nostre ecclesiam in Prukperkeh pro eo, ut sui memoria, Stephani et Iohannis fratrum eius ac Hainrici praefati etc. filii (et) omnium progenitorum eorumdem singulis 1 temporibus et quintis feriis cum vigilia et missa defunctorum more solito in medio nostri monasterii peragatur, presentibus in vigiliis $\frac{1}{2}$ fl , tantum in missa.
- IV. id. 10. Magister Ch. dictus Schauch, can. ecclesie Frisingensis ob., qui se orationibus nostris commendavit et dedit nobis unum librum, videlicet rationale.
- XII. kal. 21. Stephanus dux Bavarie ob., qui dedit nobis annuatim 1 fl de advocacia in Eytzenstorf, presentibus 60 δ .
- X. kal. 22. Anno domini 1269 ob. Ulrichus miles dictus Husen. Hainricus dec. dictus Czyglauch ob., qui dedit nobis curiam in Chranwinkel, presentibus $\frac{1}{2}$ dividantur.
- V. kal. 27. Fridricus sac. de Essenpach ob.

NECROLOGIUM RAITENBUCHENSE.

Ecclesiae collegiatae Raitenbuchensis anno 1074 a duce Welfone I. conditae, ut esset canonicorum ad s. Augustini regulam versantiu[m], necrologium adhuc constat anno 1490 scriptum et saeculis sequentibus multis manibus continuatum. Codex necrologii, nunc Monacensis Latinus 1034, mutilus est; desiderantur enim folia ea, in quibus notae ad 13.—26. Aug. et ad 3.—31. Dec. erant scriptae; sed reparatur damnum aliquatenus, cum inde paucas manu prima scriptas in usum suum converterit librarius ille, qui a. 1706 novum mortuarium coepit scribere. Id adiectis multis nominibus continuatum est, donec ecclesia facta est saecularis atque ipse codex chartaceus translatus in bibliothecam regiam Monacensem, ubi nunc est Latinus 1447. Usus est eo primus vir reverendus Greinwald (Origg. Raitenbuch) anno 1747.

Hic notas necrologio anno 1490 manu prima inscriptas literis minoribus, nomina a continuatoribus ab a. 1491 ad a. 1500 addita et notae perpaucas tantum in cod. Lat. Mon. 1447 conservatas literis minoribus significavi et uncis circumdediti.

IANUARIUS.

kal.	1.	Hartmannus abb. Hainricus cv. Wernherus cv. Christina fundatrix Novecellensis ecclesie. Agnes eva
IV. non.	2.	Marquardus pbr. Wezil. Megenherus. Dominus Iohannes abb. Schilt in Osterhoven ob.
II. non.	4.	Gelso cv. Albrich. Gerbirch eva. [Pangracius abb., Cunradus de Radwitz pbr. ex Meten ob.]
VII. id.	7.	Hainricus pbr. et ppos. ecclesie S. Michaelis. Hilprandus pbr. Diemüt eva.
V. id.	9.	Heilwich eva. Hilprandus pictor ob.
III. id.	11.	Dominus Iohannes Angrer prior in Staingaden.
id.	13.	Dominus Fridericus ppos. in Weyarn. [Merboto cv.]
XIX. kal.	14.	Mechthilt. Riehtraut ob.
XVII. kal.	16.	Mathias abb. de Rott. Bertholdus. Rüdpertus. Sivridus. Richerus. Adelbertus. Fridericus Fridrichinger. Iohannes ppos. de Peyharting.
XVI. kal.	17.	Ortolfus. Willebirch. Adelheid n. eg. sor. Dominus Iohannes Schbether, dominus Liebhardus Stainger, dominus Iohannes Steimpflicher, dominus Ambrosius Fluemanner, omnes pposi. in Dyetrampell.
XV. kal.	18.	Chünradus ppos. ¹⁾ in Formpach.
XIV. kal.	19.	Bernoldus cv. Adelheidis eva. Dominus Leonhardus prior in Sewen.
XIII. kal.	20.	Erasmus ppos. de Suben. Hermannus subdyac. Hainricus cv. Irmgart eva. Hermannus pictor.
XII. kal.	21.	Hilteburch eva. Gerdrüt eva. Cristannus. Iohannes pposi. in Garü.
XI. kal.	22.	Bernhardus cv. Chünradus diae. Methildis eva. ob.
X. kal.	23.	Bertha eva. Methildis eva.
IX. kal.	24.	Seifridus diae. Bertholdus cv. Plidolfus. Adelhait eva. Magister Iohannes pbr. et ppos. S. Michaelis. Ludwicus prior de Etal ob. [Venerabilis pater et dominus Chünradus abb. dictus Ayrenschmaltz de Tegernsee.]
VIII. kal.	25.	Dietricus. Adelhait.
VI. kal.	27.	Täta eva. Chünradus cv.
V. kal.	28.	Adelbertus. Regiubertus.
IV. kal.	29.	Chünradus n. Egeno cv.
II. kal.	31.	Giselbertus cv. Fridericus cv. Râpertus pbr. ob.

¹⁾ Corr.: abb.

FEBRUARIUS.

- kal. 1. Purckhardus. Gerdrudis. Ofmie eva.
 IV. non. 2. Siboto. Manegoldus. Adelbertus. Dietricus cv.
 III. non. 3. Sifridus. Adelhaidis eva. Perchta. Adelhait n. eg. sor.
 II. non. 4. Willehelmus. Hermannus cv. Ludwicus pbr. n. eg.
 non. 5. Heinricus. Wernherus. Hermannus. Gundc. Hainricus. Perchtoldus de Wimpoß.
 Fridericus venerabilis pbr. et ppos. de Ramshoven ob.
1.) *Udalrico abbate Kal. April. 1256 iubente codex membranaceus, nunc in tabulario regio Monacensi Reichsarchiv nominato sub titulo „Tegernsee, Literaricum No. 4“ asseratus, medio sæculo XIII. exaratus est. Is oblationes non solum inter monachos Tegernsenses dividendas ex anniversariis haustas, sed etiam ex aliis iuribus ortas comprehendit; continet præterea documenta nonnulla, quæ ad anniversaria aliasque res monasticas spectant. Notis anniversariis auverunt cum manus variæ sæculo XIII. et sæculi XIV. parte priore. Contra vel hæc vel aliæ multas notas vetustas (incertum, quæ de causa) induxerunt. Sed aliis quoque damnis oblationum liber, quem A vocari, magnopere affectus est; nam multæ notæ partim usu detritæ, partim crasæ, notæ vero dicuntur 17.—31. Ianuarii, 1.—16. Maii, 1. Iulii—31. Augusti, 1.—17. Octobris penitus excisæ sunt. Quædammodum cum liber iam sæculo XV. exente esset habitus, apographon eius eo tempore factum (codicem dico Monacensem Latinum 1468, ubi a fol. 123 ad 166 oblationes iisdem lacunis et mendis laborantes leguntur) a nobis potuit sperari. Neque, ut in oblationum libris Briximensi et Frisingensi feci, quicquam ex codice A recepi præter notas et anniversarias et necrologicas. Ediderat codicem A, sed nec totum nec sine*

multis erroribus vir nobilissimus M. de Freyberg (Älteste Gesch. von Tegernsee 203—220) iam anno 1822.

2.) *Ex libro oblationum A index anniversariorum Tegernscensium saeculo XVI. confectus, cuius nomen est Assignatio Anniversariorum, plurimas quas habet notas hausit. Traditur in foliis 46—48 codicis Monacensis Latini 1005 post necrologium B pag. 136 nominatum. Emolumento autem nobis est, cum notas et paucas anniversales in codice A non inscriptas exhibeat solus et alias conservet in eo iam deletas. Epitomen edidit vir praecclarissimus Oefele (Script. rerum Boicar. I, 638).*

3.) *Ex notis paucis anniversalibus, quae in codicibus Monacensibus Latinis 19300 et 19909 et in necrologiis Tegernscensibus A et B occurrunt, quia partim in „libro oblationum“, partim in „assignatione anniversariorum“ reperiuntur, ad editionem nostram nihil proficiebatur.*

4.) *In codice Monacensi Latino 19255 in ultimo folio nonnulla anniversaria notata sunt, sed annis 1500—1528 non recentiora. Quam ob rem tantum liber oblationum A et assignatio, quae dicitur, anniversariorum hic erant repetenda. Notas oblationum libro manu prima inscriptas literis maioribus, nomina eis saeculo XIII. et saeculi XIV. parte priore addita literis maioribus micis inclusis, notas solum in anniversariorum assignatione serعات literis minoribus, notas in codice A inductas asteriscis appositis hic repraesentavimus.*

In nomine domini amen. Quia per oblivionem seu ignorantiam rerum antiquitas provide ordinarum dispendia rerum frequenter proveniunt et dissensiones sepe saepius oriuntur in domibus religiosorum, dum inter se mutuo recitantur a quibusdam, quae in scriptis et consuetudine visa et adprobata melius ad memoriam redeuntur, quibusdam non zelo pietatis his indignanter reitentibus, ideo nos Ulrichus misericordiae divinae humilis monasterii Tegernsensis administrator et abbas, inspirante nobis divina misericordia, martyrologium presens anno domini 1256 kal. Aprilis iubentes conscribi, pia studia nostrorum felicium antecessorum tam abbatum, quam etiam suorum piorum subditorum, necnon et bonorum clericorum seu laicorum non immerito fecimus perfecte adnotari, annexentes etiam consuetudines et iura domini abbatis singulorumque officiorum, videlicet in quibus dominus abbas conventui et officiales domino abbati, conventui et ministerialibus singulis annis sint responsuri, ut haec studiosius intuentes et subito redientes habita deliberatione oportuno et statuto tempore, quae debent et possunt devotius persolvere, singulis non obmittantur, quatinus per ipsorum laudabilem diligentiam officia divina in karitate non ficta iugiter decantentur et fratres a murmure prohi dolor nimis consueto (divi)no auxilio perpetuo respiciant.

IANUARIUS.

- IV. non. 2. [Hacirinicus lehingarius fr. n. ob., qui pro remedio anime suae comparavit nobis hubam in Piburch et predium in Osterhoven et beneficium in Ave pro 33 et ea conditione, ut a magistro infirmorum¹⁾ habundanter serviat et pauperibus modius siguli tribuatur.]
- III. non. 3. Ortolfus pbr. et m. huius eg., fr. n. ob., qui consensu Rudperti abbatis pie memorie comparavit curiam in Solern, ut plenum servitium nobis a carpentario persolvatur, et ne quis per ignorantiam excusetur,

¹⁾ A magistro infirm. loco verborum erasorum postea adscriptum est.

- quid sit plenum servitium, dignum duximus adnotandum: unicuique fratrum dabitur integer potus, cumcus triticeos et de modio tritici dabuntur 30 maiores et 15 minores et cibaria competentia, pauperibus modius siguli.*
- II. non. 4. [Elyzabeth uxor Ulrici Vellzlozz . . . *]
 non. 5. Albero fr. n. ob. de castro Hohenpurch, qui tradidit nobis predia sua Allinge et Egerdah, ut in ipso die fratribus plenum servitium tribuatur a preposito maiore et pauperibus modius siguli.
- VII. id. 7. Meinhardus ministerialis huius ecclesie ob., qui dedit nobis predium suum in Solern, unde fratribus a carpentario plenarium serviatur et pauperibus modius siguli tribuatur.
- III. id. 11. [Pie in Christo memorie Alhaidis coma. de Sultzbach ob., sor. nra., et sepulta est apud nos in capitolio nostro (ante)¹⁾ murum in introitu ecclesie, a qua habemus aureum calicem, gemmis ornatum, et thuribulum argenteum et duo candelabra et tapecia et dorsalia.]
- II. id. 12. [Wilbirgis de Shaftloch ob., que pro remedio anime sue contulit nobis dimidiam hubam ibidem, ut dominis et confratribus caritas inde exhibeatur a magistro oblegiarum.*]
 id. 13. Recordatio fratrum; a preposito colliride et potus, si non fuerit in cellaria; a cellerario vero in cibariis ministrabitur habundanter; ad elemosinas pauperum magister porte dabit 1 modium siguli, camerarius 2 modios siguli, cellerarius unam bernam; preterea obeunte fratre dominus abbas et quelibet officina tenetur erogationi elemosinarum modium siguli in die sepulture eius adtribuere.*
- XIX. kal. 14. [Hilprandus de Vinsterwald ob., qui pro remedio anime sue et uxoris sue Dimodis contulit nobis hūbam in Pransteten (et) in Riedern, quam in oblegia nostra subscribi iussit, ut anniversarium suum necnon et uxoris sue missarum et vigiliarum celebracionibus et elemosinarum largitione peragatur.]
- V. kal. 28. Wilhelmus Dyenger, qui dedit nobis curiam in Solern, anniversarium.

FEBRUARIUS.

- kal. 1. [Dimūdis uxor Hilprandi de Vinsterwald ob., que pro remedio anime sue tradidit nobis predium in Pransteten, ut anniversarium eius peragatur et sicut invenitur denotatum in anniversario mariti sui.*]
- IV. non. 2. [Haimricus dictus de Ôsterdorf dec. et pater eiusdem Heinricus necnon mater Geisula obierunt, qui decanus comparavit hūbam unam in Saurloch cum consensu abbatis Karuli pro 12 et ad oblagium, ut hoc die ipsius et conscriptorum suorum dies anniversarius pariter more solito peragatur. Prefatus idem decanus cum precesset oblagio, per intercessionem et adiutorium sui amici, magistri Heinrici dicti Talhaimer, cancellarii imperatoris Ludwici, omnium prediorum presencium et futurorum ad oblagium spectancium a singulis steuris et exactionibus perpetuam obtinuit libertatem imperiali privilegio roboratam, quam dominus Ludwicus dictus de Osterdorff, can. Sliersensis, frater domini decani preacti, cum bulla papali suis laboribus et industria confirmavit, ut sui etiam memoria habeatur.]

¹⁾ Sic *expletum esse censeo.*

- III. non. 3. Peringerus abb. ob. anno 1012: a preposito colliride dantur, elemosinam require Gozperti abbatis.* [Irmgardis uxor Bawari ob., que dedit nobis hubam super Tr... ut fratribus ministraretur cum elemosine largitione.]
- II. non. 4. [Chûnradus dictus Sweittertinger dec. de Wolfratshausin ob. fr. n., qui nobis ordinavit nostro oblaegio curiam in Ismaening¹⁾, ut anniversarius suus peragatur missarum et vigiliarum celebratione et elemosinarum largitione.]
- non. 5. Ellingerus abb. ob., a preposito colliride, a magistro porte 7 panes et 6 casei pauperibus.*
- VI. id. 6. [Ulricus Trunculus de Rotach fr. n. ob.*]
- V. id. 7. [Pie recordacionis Lûdwicus abb. istius monasterii ob. anno domini 1286, qui comparavit domum Frisinge, unde nobis in nocte et in mane pleniter serviatur et pauperibus modius siguli tribuatur.* Gesta²⁾ patrum venerabilium et eorum progressus si scriptis inserantur et notentur, uberiori noticie superveniencium proficit. Ideo ne subito in oblivionem transeant facta pie memorie venerabilis abbatis Ludwici, qui de stirpe comitum de Graespach originem duxit et est natus, in Schirensi monasterio nutritus, laudabiliter et instructus, in Wehensteven infra 30 annos etatis sue longe circumspectionis sue adeo sibi data gratia communiter electus exiit in abbatem et deinde per paucos annos monasterio Schirensi in abbatem prefectus est et resumptus et laicis ibidem sub eo prosperantibus et clericis monasterio nostro Tegernse per eleccionem tunc prefectus est in abbatem, duce Lûdwico filio ducis Ottonis, gubernante tunc ducatum, et venerabili episcopo Ch. Waldgravio pio et per omnia mansueti et cum omnibus hominibus pacem affectante, Frisingensem episcopatum tenente, ad hoc operam dantibus favorabilem et benignam, monasterium nostrum intrans, a clericis omnibus obedienciam recipiens et a laicis homagium et fidelitatem, quo facto domini, qui de conventu euram tunc gerebant officiorum, non habentes creditores, qui conventui necessaria providerent, claves cum officiis resignarunt animo de libenti et spontanea voluntate. Itaque sibi assumens universa, monasterium Monaci in ipsa sola civitate invenit in 500 *tt* δ Monacensium obligatum preter debita et obligationes rurales, que forte circa 300 *tt* extendebantur et sine forte (*sic*). Quibus exsolutis omnibus conventui qui licet sibi graviter insultasset, quia benignus fuit, affabilis, tractabilis et honestus, diligebatur ab omnibus principibus et nobilibus et honestis, vasaldis, domesticis, extraneis, pauperibus et mendicis, conventui prebendam meliorem statuit tam in cibariis, quam in potu, Frisinge domum comparavit in pede montis apud Sanctum Andream, ubi descensus est in civitatem, et illam postea (a) domino Lûdwico Puetelpechero, qui domum altam tenuit super fossatum sive super vallem, eidem Lûdwico 80 *tt* super prius comparatum hospicium superattens (*sic*), comparavit, deinde ac emmit a Ch. Chutzone in Austria 4 modios tritici et quatuor porcos meliores,

¹⁾ Hoc nomen deletum est, pro eo Reut adscripti manus recentior.

²⁾ *Sequentia una manu*

sarculo XIV. incute in margine adscripta sunt.

qui post quatuor meliores ex omnibus porcis, quos ibidem nostrum monasterium habuit, ex iure aviorum (*sic*) suorum tenuerat et possedit iure feudali, redemit et absolvit pro 40 ll. emit et absolvit preter(ea) prediola, que hinc inde parvula in Austria comparavit, amictens insuper abbacie mense Gemundensem ecclesiam ex gratia domini Ch. Waldengravi, pie memorie Frisingensis episcopi, et sui capituli consilio et conniventia favorabiliter accedente. Et quia postea ab uno latere paralyticatus decidit per octo dies in strato recumbens, ecclesiastica iura recepit universa, octava die spiritum claxabat, quem dominus noster Iesus Christus cum electis suis in regno claritatis sue collocare dignetur et cum beatis eternalem recipere faciat porcionem dominus noster Iesus Christus, qui cum deo patre et spiritu sancto vivit ac regnat vivus et verus deus per omnia secula seculorum, amen. — Tandem post obitum suum dominus Emicho, venerabilis episcopus Frisingensis, altam recepit domum, nostro monasterio unam domum in foro largiens, que annis singulis 4 ll. exsolvebat, quam etiam suis literis nostro monasterio confirmabat, ut in anniversario suo singulis annis conventui fieret consolacio exinde et pauperibus fieret distribucio sic, qua posset. Primo claustrum circumdedit muro in duobus annis, quem crexit super antiquum fundamentum stabiliendo, quod tamen fundamentum in multis locis non poterat reperiri. Item et postea comparavit unam domum Monaci situatam modo apud sorores, que de ordine sunt sancte Clare, sed tunc temporis Fratres Minores in eodem erant monasterio residentes, et ipsam arcam domus eiusdem ampliavit per ortum adiacentem, quem pro 10 ll. comparavit.]

- III. id. 11. [Pie memorie Otto miles de Irespurich ob. anno domini 1310¹), qui pro remedio anime sue tradidit nobis curiam in Hochenwiz, ut anniversarium suum peragatur vigiliarum et missarum celebracione, elemosinarum largicione in perpetuum, sicut in privilegio invenitur denotatum.²)]
- XV. kal. 15. Albanus ministerialis ob., qui dedit nobis predium suum in Püsenchacim, unde cuilibet fratrum datur a preposito potus vini addito pane et integro casco et pauperibus modius siliginis.
- XIII. kal. 17. [Helena clavigera domini Hainrici plebani in Strenberch ob., que nobis 10 ll. Wiennensium ordinavit in oblagium, ut eius anniversarius (peragatur), que³) 10 ll. redacte sunt in predium Porterhausen, quod comparatum est a Wälvino.]
- V. kal. 25. Ludwicus Castner iudex in Tegernsee et Agnes uxor eius pro remedio animarum suarum obtulerunt monasterio curiam suam in Parterhausen et decimam in Walde, anniv.
- IV. kal. 26. Depositio domini Otkkeri mi., fundatoris huius monasterii. In⁴) hac die a preposito dantur colliride et integra mensura potus vini, si non fuerit in cellario fratrum, cellerarius vero habunde in cibariis ministrabit, a magistro porte modius siliginis et 12 casci, a camerario 2 modii siliginis pauperibus erogentur.

¹) *Annus manu altera paulo post adscriptus est.*

²) *Assignatio anniv.:* Otto miles de Irens-

purck, anniversarium 9 lectionum, et quilibet sacerdotum non habens missam fundatam eadem aut alia die pro anima eius missam legere tenetur.

³) *Que-Wälvino manu recentiore additum est.*

⁴) *Pro sequenti nota in Ass. ann. legimus:* anniversarium solenne et agetur pro ambobus (sc. fundatoribus) simul cum collecta „Propiciate pluraliter“.

MARTIUS.

- kal. 1. Rüdperthus de Richerspiuren ob., qui dedit nobis curiam in Walde, ut hodie a cellerario plene conventui ministretur et modius siguli pauperibus tribuatur.
- VI. non. 2. Wernherus pbr. et m., quondam camerarius studiosus, instituit consensu abbatum Chûnradi et Rudperti, ut in hac die de Praitenriute et Hohenstaein nobis habunde ministretur et pauperibus ab eodem officio.* [Insinuamus¹⁾ eunctis tam futuris quam presentibus, qualiter Wernherus camerarius amuentibus Chûnrado²⁾ et Rôberto abbatibus et univrsis fratribus predium Hôhenstain situm cum possessore eius Wezelino et eunctis posteris suis et aliud predium Praitenrôte cum univrsis ad idem coemptis, itemque predium Nabraie et curtin peecudum Asekõe et quecumque ad ea precio acquisivit, cultis et inculcis, quesitis et inquirendis ad obedienciam camere detinuit, eo scilicet tenore, ut quisque successor eius duo exinde servicia fratribus cum elemosinis pauperum annuatim exhibeat, unum quidem in Dediacione ecclesie sancti Iohannis Ewangeliste, alint vero in Translatione sancti Chrisogoni martiris. Idem vero Wernherus mansum unum Prunnen et dimidium et unum Pfrmere coemit, ex quibus duos modios in anniversario domini Adalberti, itemque duos in anniversario domini Otkarii et duos in recordacione fratrum in elemosinam pauperum dari disposuit, insuper eciam in memoria pie recordacionis abbatis Chônradî 30 panes elemosine addere statuit, et ne hoc statutum aliquis infringere audeat, a predictis patribus nostris per vinculum anathematis firmum esse obtinuit. Obiit sepe-dictus Wernherus camerarius, pbr. et m. fr. huius congregationis. X. kal. Augusti. Hic beatus frater, qui dum esset saerista et came-rarius, patravit duas cruces argenteas, gemmis ornatas, empmitque cappam coccineam albam, auro intexam, scripsit quoque missale librum et patravit calicem. Hic natus erat de Anfhoveren.]
- III. non. 5. Iohannes Awer, pro eius remedio ordinati sunt nobis 50 fl., qui impensi sunt in comparacione monstrancie argentee maioris, in qua . . .³⁾ servatur. anniv.
- II. non. 6. Bone memorie Sifridus abb. ob.: a preposito colliride, a magistro porte 12 panes et 6 casei pauperibus.*
- non. 7. [Chuenradus de Winden fidelis n. ob., qui ordinavit nobis 5 0, de uxore sua Gerdrudi 5 0 et de filio suo Chuenrado 5 0, quibus empta est hueba in partibus Austrie in Leimpach, ut anniversarius eorum peragatur vigiliis, missarum celebracionibus, cum elemosinarum largicione, qui Chuenradus tradidit nobis curiam in Ay. . .⁴⁾, ut a conventu misse peragantur in ebdomada in capella sancti (Qui'rini secundum quantitatem fructuum vel redditus servicii.]
- VI. id. 10. [Otto I. ob. dictus Unholtzinger, huius familie, qui ordinavit nobis 8 0 Monacensium, ut anniversarius suus peragatur, que⁵⁾ libre redacta sunt in predium Porterhausen, quod emptum est a Wulvino.⁶⁾]

¹⁾ *Sequentia in margine circa annum 1300 addita sunt.* ²⁾ *Manus saeculi XVI. super hoc nomen scripsit primus.* ³⁾ *Verbum detritum, fortasse legendum est blî B¹ i. e. beati Benedicti.*
⁴⁾ *Ass. ann.: Aingn.* ⁵⁾ *Que-Wulvino manu recentiore additum est.* ⁶⁾ *Ass. ann.: Wulvino de Ostium.*

- V. id. 11. Ingrammus miles de Sehsenehaeim ob., qui contulit nobis predium in Dippoltswende, ut in hoc die fructus exinde conventui totaliter persolvantur [a¹] camerario, adiuncto eidem predio quodam beneficio in Wecheringen, quod contulit nobis domina Dimûdis, uxor predicti Ingrammi, pauperibus elemosina.]
- II. id. 14. [Waltherus dictus Scherman de Monaco ob., qui pro remedio anime sue dedit nobis predium suum in Perloch, quod solvit 3 β, et possessionem unam in Holtzchirchen, quam tenet Gerhardus, que solvit (di)midiam libram, ut anniversarius suus peragatur.]
- id. 15. [Chûnradus pbr. et m. fr. n. dictus Raspo, qui tradidit huic conventui 2 u δ.*]
- XVI. kal. 17. Tegno ministerialis huius ecclesie ob. de Onfhovern, qui decima(m) in Ostermûnichen Rûdperto felici abbati resignavit, ut in hoc die pro remedio anime sue conventui gloriose amministretur a domino abbate cum elemosinarum largitione.*
- XV. kal. 18. [Hainricus pbr. fr. n. ob. de Winden, qui ordinavit nobis annuatim 1/2 u Monacensium super curiam in Aygen ad novam oblegyam, ut anniversarius suus peragatur missarum, vigiliarum celebracione et elemosinarum largitione in perpetuum.*]
- XIV. kal. 19. [Perhtoldus Velsloz ob., qui contulit nobis curiam in Oberhechingen, ut singulis annis in ipsius anniversario pro remedio anime sue conventui ministretur a camerario cum elemosinarum largitione. Chûnradus notarius ob., qui ordinavit nobis 5 u Monacensium, (ut) anniversarius suus peragatur.]
- XIII. kal. 20. [Chûnradus miles de Prising ob., qui ordinavit nobis 9 u Ratisponensium, ut anniversarius suus memoriter peragatur missarum et vigiliarum celebracione et elemosinarum largitionibus in perpetuum.] Udalricus de Merou, anniv.
- XI. kal. 22. [Elisabeth de Helfendorf ob., que pro remedio anime sue redemit nobis hubam in Harpening obligatam domino Ulrico ibidem pro 3 1/2 u ut in eius anniversario a preposito conventui propinetur et memoria eius cum missarum celebrationibus habeatur.]
- VIII. kal. 25. [Hainricus de Eglingen ob.*]
- IV. kal. 29. [Chûnradus pbr. et m. huius eg. fr., quondam in Schiren abb. ob., qui redemit nobis hubam in Alraeis pro 10 marcis argenti, ut in anniversario suo fratris plenum servitium a cellerario tribuatur . . . cum elemosinarum largitione.]

APRILIS.

- VIII. id. 6. [Lyebbardus de Ôsterndorf ob., qui contulit oblegio nostro molendinum ibi, ut anniversarius suus memoriter peragatur.]
- VII. id. 7. Deinhardus pbr. et m. huius eg. fr. ob., qui consensu abbatris (Heinrici) redemit curiam in Walde, que Linde dicitur, ut in die Cinerum a cellerario plenarie conventui ministretur et pauperibus modius siguli crogetur, et alteram curiam in Rîdern, que Salwen dicitur, redemit, ut proxima quarta feria ante Cenam Domini a preposito maiore conventui habunde serviatur cum elemosinarum largitione,

¹) *Sequentia paulo post adscripta sunt.*

- qui etiam decimas in Ollinge redemit, unde prepositus tenetur servire in feria quarta, cum in nomine domini celebratur.* [Bone memorie Grymoldus pbr. et can. ecclesie Saltzburgensis fr. n. ob., qui pro remedio anime sue huic monasterio testatus est integrum preparamentum ex auro et serico contextum et aureum anulum in digitum sancti Quirini et 2 u δ , ut anniversarium suum peragatur vigiliis, missis in perpetuum.]
- VI. id. 8. [Hacimicus Pizarius ob., qui tradidit nobis curiam in Aergarten sitam, que pertinet ad novam oblegiam, ut in eius anniversario nobis de ipsa curia plene serviatur et modius avene vel siguli, si haberi poterit, pauperibus erogetur ab oblegerio.]
- V. id. 9. [Magister Dyetricius can. Pataviensis, qui ordinavit oblegio nostro 5 marcas Wiennensium, ut anniversarius suus peragatur vigiliarum, missarum celebratione.]
- IV. id. 10. [Eberhardus miles de Saechsenschaym occisus, qui tradidit nobis predium suum ibidem (cum) area, cum horto et cum aliis appendiciis et scribi iussit in nova oblegia nostra, ut anniversarium suum peragatur vigiliarum et missarum obsequiis.]
- III. id. 11. [Gedruidis sor. nra., uxor Hacimici Ichingarii ob., que tradidit nobis decimas in Riederer et decimas duorum prediorum in Shaphthloch et curia(m), que vocatur Cheilshof, et curia(m) Pangortin et curia(m) Risinperg, curia(m) Pranthof et decimas duarum huobarum proximo, adiacentium, que decime infeodate erant ab hoc monasterio, et húbam in Waeit et beneficium in Wengen pro remedio anime sue ea condicione, ut a magistro infirmorum¹⁾ plenarie ministretur et pauperibus modius siguli tribuatur.]
- II. id. 12. [Wichmandus ministerialis huius ecclesie ob., in cuius anniversario in cena et mane cuilibet fratrum integer potus Latini vini cum cuncto et cibariis competentibus omni contradictione postposita largiter est erogandus cum elemosinarum largicione de oblagerio²⁾ de prediis suprascriptis.³⁻⁴⁾]
- XV. kal. 17. [Ulricus miles et fidelis ecclesie (ure.) de Wittolshoven ob., qui dedit nobis 10 u Monacensium infirmarie, ut fratribus karitas exhibeatur in hac die.*]
- XII. kal. 20. [Irgardis matrona ob., que contulit nobis curiam in Sojern, ut in hac die per carpentarium conventui plene ministretur et modius siguli pauperibus [et egenis].
- XI. kal. 21. [Iohannes Westendarffer et Soplha uxor sua contraxerunt fraternitatem nobiseum et contulerunt nobis in remedium animarum suarum 40 fl.⁵⁾]
- X. kal. 22. [Alhaidis ob., uxor Perhtoldi Vellslozzi, a quibus habemus predium in Haust(eten) in oblaegio nostro, ut anniversarius e(orum) annuatim memoriter peragatur.]
- IX. kal. 23. [Chunradus miles de Wecheringen⁶⁾ ob., qui tradidit nobis curiam in Staudach et predium in Altovinge et alterum in Snewellnsride,

¹⁾ A mag. inf. loco verbi crasi additum est.

²⁾ De obl. pro verbo craso adscriptum est.

³⁾ Ass. ann.: Weychmandus de Irenspergk certa predia monasterio nostro contulit, prout in litera fundacionis misse per eum fundate continetur, anniv., hec prefata missa dicitur quotidie in altari ad sanctum Spiritum.

⁴⁾ Prædia, quæ ad hæc notam spectant, in codice A non videntur.

⁵⁾ Hæc nota demum saeculo XV. adscripta est.

⁶⁾ Ass. ann.: Wäckkirchen.

ut in eena unicuique fratrum potus integer vini vel medonis et cuneus eum intercalari et in mane plenum servitium cum elemosinarum largitione pro remedio anime sue indubitanter conferatur.

- VIII. kal. 24. Mehthildis¹⁾ de Eglingen ob., soror domini Gotsehalci de Widersperch, que contulit nobis curiam in Hattenhösen, ut conventui pro remedio anime sue in hoc die vel in altero exinde ministretur cum elemosinarum largitione. [Anno domini 1324 pie memorie Marquardus abb. ob., qui pro remedio anime sue comparavit nobis curiam ad oblegium in Willing pro 50 tt Monacensium, ut anniversarium suum peragatur missarum, vigiliarum celebracione et elemosinarum largitione in perpetuum, ut nobis etiam ab oblegario in hac die plenum servitium detur; edificavit capellam ad Omnes Sanctos perpetualiter et cottidie dicendo missam in ipsa et missam ad sanctam Katerinam semel in ebdoma dicendo.]
- VII. kal. 25. Hartmannus pleb. de Püten ob., qui redemit nobis hubam unam in Pibureh, ut in hoc die conventui pro remedio anime sue a preposito plene ministretur et pauperibus modius siguli erogetur.
- III. kal. 29. [Bone memorie Agnes matrona, sor. nra., de Höhenburch 1183 ob., que dedit predium suum in planitiis et egerdach in Münsingen.*]

MAIUS.

- VIII. id. 8. Perchtoldus Vellslos, qui pro remedio anime sue et uxoris sue contulit nobis curiam in Obernhäching.
- VI. id. 10. Conradus miles de Geysling, qui tradidit nobis hūbam suam in Hoehenstain.
- XVI. kal. 17. Ódalaricus abb. ob. istius monasterii et Sancti Emmerammi.
- XI. kal. 22. Pie in Christo memorie Rudpertus abb. anno 1186 ob., in cuius prima vigilia unicuique fratrum integra mensura vini et panis eum intercalari et in die plenum servitium a cellerario eum elemosinarum largitione sollempniter exhibetur de molendino in Tüffen et de predio in Runne; hic pie recordationis pater auxit prebendam in vietu et vestitu, ut eo devotius fratres hic deo in perpetuum militantes pro peccatis suis humiliter deo supplicarent.*
- X. kal. 23. [Chûnradus miles de Ufhovern ob., qui consentientibus filiis suis, Wichnando videlicet et Lybardo, tradidit nobis curiam in Ainklünge, ut in hoc die a camerario servitium conventui cum elemosinarum largitione pro remedio anime sue persolvatur.]
- VII. kal. 26. Albero²⁾ dec. ob., per quem habemus consensu abbatis Manigoldi curiam in Niwertinge et hubam in Harthösen, ut ab his a preposito fratribus plenum servitium largiatur et pauperibus modius siguli erogetur. [Hainricus pleb. in Gmunden fr. n. ob., a quo habemus predium Werzens in Vinsterwald ex consensu et collatione fratruclis sui Alberti, ut amborum anniversarius peragatur.]
- VI. kal. 27. [Chunigundis uxor domini Maenhardi militis de Geislign ob., ad cuius remedium (ecclesie) nostre cessit predium quoddam situm in Bait, cuius predii due partes sunt, dimidia hūba, ut in hoc die . . .³⁾]

¹⁾ Haec nota in Ass. ann. iam ad 18. Sept. subscripta est.

²⁾ Saeculo XV. exevante additum

est in margine: circa 1194.

³⁾ Ass. ann. hunc notam ad 10. Maii scripsit.

IUNIUS.

- kal. 1. [Hainricus de Rotach dec. huius monasterii, fr. n. ob.¹⁾ Anno²⁾ domini 1305 dominus II. dictus de Rotach, quondam huius loci dec., nobis curiam in Puchlen dictam Smatzenhof, sitam in parrochia Wald, tradidit, solvens singulis annis 7 β Monacensium, de quibus 1/2 ut nobis cedit ad nostrum oblagium in die Martyni vel post in uno mense, reliqui vero 3 β a colono curie empicione panium hoc die vel deinde in huius mensis spacio in nostro ambitu in presencia obellarii pauperibus debent distribui pro salute et reque anime patris sui atque sue nec non omnium suorum progenitorum ac universorum fidelium defunctorum; horum omnium indicium est coloni registri sigillis pendentibus utrobique.]
- IV. non. 2. [Dymūdis uxor Ulrici Trunculi ob., qui accepta benedictione et adepta fraternitate nostra de se et uxore sua prescripta ordinavit conventui annuatim de curia in Swaichusen 1 ut δ Monacensium, ut anniversarius utriusque peragatur missarum, vigiliarum celebracione in perpetuum.]
- III. non. 3. [Dietricus de Haitenchaim ob., qui consensu fratris sui Liupoldi tradidit nobis curiam in Saistenhūsen satisfaciens nobis per eandem pro illatis nobis dampnis, quibus eodem anno omnibus nostris redditibus in Gozelthōsen et reliquis ibidem prediis omnibus dampnificaverat, nec ab eadem curia prefatus Liupoldus aut aliquis suorum heredum recipiet quicquam iure advocacie, sed propter deum et remedium suorum progenitorum tuebatur eandem. In vigilia et in mane servitur de curia in Saistenhōsen a proposito maiore cum elemosinarum largitione.]
- VII. id. 7. Ulricus ppos. de Rotah, huius familie, ob., qui abbate Hainrico et conventu hoc devote consentientibus redemit curiam in Willinge pro 10 talentis hac conditione, ut in hoc die fratribus per cellerarium plenum servitium exhibeatur cum elemosinarum largitione.
- VI. id. 8. [Hainricus de Unholtzhag ob., qui ordinavit 10 ut pro remedio anime sue nobis feliciter.*]
- V. id. 9. Pie memorie abb. Manigoldus, eps. Patavie, ob., qui contulit nobis pro supplemento vestium beneficium domini de Wecheringen in Austria pro remedio anime sue nec non pro quadam summa pecunie, quam necessariam habebat in transfretando.*
- IV. id. 10. [Hainricus et Ulricus de Wechirichen, duo germani, ministeriales huius ecclesie ob., quorum stipendiis et concambio australes denarios habemus vestium pro supplemento.*]
- III. id. 11. Conradus Turndel, anniv.
- II. id. 12. [Albertus cognominatus Turnel ob. in expeditione imperatoris Hainrici, Rome sepultus in Laterana ad Sanctum Iohannem Baptistam, qui oblaegio nostro ordinavit curiam suam in Holzhaem, ut anniversarius suis peragatur vigiliarum et missarum celebracione et elemosinarum largitione.]
- X. kal. 22 [Pie in Christo memorie Wernhers pbr. et m., dec. huius monasterii ob.: huius decani studio habemus tabulam triangulatam, gemmis

¹⁾ Haec nota loco erasae saeculo XIV. addita est.

²⁾ Sequentia alia manus saeculi XIV. in

marginē adscripsit.

ornatam; hic decoravit sanctuarium quinque vitreis fenestris, ab eo habemus fusile opus in lavaero nostro.*]

- IV. kal. 28. Hainricus Winchler ob., qui tradidit nobis duo predia, unum in Stainperch et alterum in Grûbe, et 4 mancipia, ut in die sancte Marie Egiptiace¹⁾ fratribus plenum servitium exhibeatur cum elemosinarum largitione.
- II. kal. 31. [Chûnradi abbatis.²⁾]

IULIUS.

- VIII. id. 8. Commemoracio fidelium defunctorum huius n. eg. cum anniversario 3 lectionum sine cantu, tamen officio de Requiem cantato.
- VII. kal. 26. Georius Sneckenrewter cum suis consanguineis ordinavit nobis predia in Austria, prout in litera continetur, et est anniversarius peragendus sub pena privacionis prediorum eorundem.

AUGUSTUS.

- VIII. kal. 25. Anniversarius domini Friderici principis Austrie et omnium suorum progenitorum cum vigiliis novem lectionum et missa una pro defunctis in mane et altera die de Assumpcione beate Marie virginis pro conventu cantandis, per quem privilegiati sumus ducere vina nostra per Atysim quolibet tempore anni libere et absque omni theloneorum exactione, cuius privilegium filius eius, dux Sigismundus postea confirmavit.
- II. kal. 31. Anna regina Bohemie et Karinthie ducissa, ob cuius anime remedium ex donacione viri sui Heinrici regis Bohemie duodecim carratas vini de Athysi liberas theloneo habemus, anniv.

SEPTEMBER.

- III. non. 3. [Hainricus miles de Hage ob., qui tradidit nobis duas vineas in Stainwente ad supplementum vestium. Pie memorie Durinch miles³⁾ ob., qui dedit predium suum in oriente in Persnich et in Achleitaen.⁴⁾]
- VII. id. 7. [Bone memorie Hainricus pbr. et m. fr. n. ob. dietus de Rotach, qui pro remedio anime sue contulit curiam oblaegio nostro in Puhel, Smozenhove, tali ordinacione, ut kal. Junii invenitur . . .*]
- XVI. kal. 16. [Ienta⁵⁾ de Eginge ob. anno domini 1270, que tradidit nobis, marito suo pie consentiente, hûbam in Ehershusen sitam hae videlicet conditione, ut singulis annis in anniversario eiusdem, secundum quod possibilitas eiusdem hûbe proventus solvere poterit, annuatim dominis et confratribus in Tegernse commorantibus consolationes amministrentur, hoc adiuncto, quod idem Chûnradius de iure advocatie sue non aliud quam duos pullos requirat, hec autem hûba persolvere tenetur.]
- XIV. kal. 18. [Irgardis filia Iokhingerii, qui eciam fecit consolacionem pro fraternitate, quod sit particeps omnium bonorum.]
- XII. kal. 20. Methildis sor. nra. ob., que pro remedio anime sue contulit nobis curiam in Albgäu, ut hae die conventui plene a cellerario ministretur et pauperibus modius signi.

¹⁾ 9. Aprilis. Ad hanc diem manu prima codicis A. scriptum est: Cellerarius ministrat de prediis in Stainperch et Grûbe, que duo contulit nobis Hainricus Winchler hae conditione adiuncta, quod ei et uxori sue a cellerario, dum viverent, necessaria victus prebebantur, cum elemosinarum largitione.

²⁾ Saeculo XV. adscriptum est: primus. ³⁾ Ass. ann.: Doringus miles de Austria. ⁴⁾ Notam utramque huius diei Ass. ann. iam 20. Augusti inscripsit. ⁵⁾ Haec notam Ass. ann. 18. Sept. adiecit.

- X. kal. 22. [Albanus de Richerspiwer ob.]
 VII. kal. 25. [Chünradus pbr. et m. fr. n. ob. dictus Rainer, qui pro remedio anime sue dedit nobis 20 tt Monacensium, pro quibus comparatum est predium situm et nominatum Nabrain, ut anniversarius suus peragatur, ut etiam in eodem die erogetur ab oblegio dominis et conventui 1 tt δ et $\frac{1}{2}$ pauperibus in elemosinam, quod predictum predium tenet et suffert; ipse eciam assiduus fuit in ornamentis ecclesie.*]
 VI. kal. 26. [Hiltigundis¹⁾ ob. uxor Wilfini de Ostainne, qui Wilfinus pro remedio uxoris eiusdem sollempniter promisit se nobis daturum 5 tt δ *]
 IV. kal. 28. [Bone memorie Agnes de Hohenbureh ob. anno domini 1153, que pro remedio anime sue dedit monasterio Tegernsensi predium suum in planiciis, quod de duabus partibus amministrat nobis medietatem vini et de tercia parte 7 tt Veronensium.²⁾]

OCTOBER.

- VI. id. 10. Conradus Kastner in Achleuten tradidit pro remedio anime sue nobis predium in Achleuten cum suis attinenciis. Kylianus Seheck de Austria, qui ordinavit nobis 1 tt δ , anniv.
 XVI. kal. 17. [Chünradus de Eglinge³⁾ ob., unde nobis servitur a camera de curia in Eglinge, quam tradidit eidem officio pro illatis dampnis in hominibus et rebus consentiente abbate Hainrico, a quo fuerat eadem infendatus, cum elemosinarum largitione.]
 VI. kal. 27. [Otto com.⁴⁾ de Valai occisus ob., qui dedit nobis mansum in Mören pro remedio anime sue.]
 IV. kal. 29. [Chunradus miles de Gising ob., qui pro remedio anime sue tradidit hūbam in Hohenstain, ut ipso die fratribus de ipsa hūba habunde ministraretur ab oblegio et pauperibus elemosina detur.]
 III. kal. 30. [Purchardus abb. istius monasterii ob.]

NOVEMBER.

- kal. 1. Dominus Albertus abb., fundator huius monasterii ob.: magister porte 1 modium siguli, 12 caseos, camerarius 2 modios siguli, in erogatione elemosinarum largiuntur, prior missa celebrabitur pro ipso fundatore [in vigilia Omnium Sanctorum.⁵⁾]
 III. non. 3. [Heinricus miles dictus Pinkenie ob., unde nobis servitur de hūba in Funsingen, quam nos redemimus pro 7 tt , et adinet prepositure, pauperibus elemosina detur.]
 II. non. 4. [Albertus de Pusinchaim ob., qui in eodem loco tradidit nobis hūbam pro remedio anime sue, ut in hac die fratribus, proat redditus ipsius predii sustinere potuerit, ministraretur et pauperibus elemosina erogetur ab oblegio.]
 VIII. id. 6. Cellerarius hoc die fratribus ministrat cum elemosinarum largitione de curia in Ridelin, cuius inessor dicitur Plasar, quam tradidit nobis dominus Gervicus de Swinperch pro remedio anime sue. [Bone memorie Ulricus abb. in Scheyren fr. n. ob. anno domini 1313,

¹⁾ Ass. ann.: Chünigundis. ²⁾ Haec nota in Ass. ann. manu prima, in A. decimum saeculo XVII. loco notae erasae addita est; vide etiam 29. April. ³⁾ Haec notam Ass. ann. ad 18. Sept. scripsit.
⁴⁾ Ass. ann. hanc notam 12. Oct. addidit. ⁵⁾ Ass. anniv.: Depositio domini Adalberti fundatoris et primi huius monasterii abbatis, anniv. solemne cum vigiliis novem lectionum et missa cantatis, et agitur pro ambobus (sc. fundatoribus) simul cum collecta „Propiciate pluraliter“.

- qui pro remedio anime sue contulit nobis ad oblegyam 1 u Monacensium, pro quibus empte sunt duo predia ad Sanctum Georium et Haew . . .]
- VII. id. 7. [Kylianus dictus Schikeh, filius Rasponis de Austria, qui ordinavit nobis pro remedio anime sue 5 u Wiennensium, ut anniversarium suum singulis annis peragatur in perpetuum.]
- id. 13. Bone memorie Óalschaleus abb. huius monasterii ob., a preposito colliride, a magistro porte 12 panes et 6 casei pauperibus.* [Pie in Christo memorie Perngerus famosus aurifaber ob., hic possedit predia in Francia et in Turinga, que sanctus Hainricus imperator in concambiendo recepit conferens nobis predia in Austria, ad 60 regales mansus, et forum in Strenberch.]
- XVIII. kal. 14. [Chûnradus miles Testudo cognominatus ob., qui tradidit nobis curiam in Erhartingen, ut nobis hodie de ipsa serviatur habunde, uxore sua domina Gerdruda, quam eadem curia dotaverat, pie consentiente, et modius siguli pauperibus crogetur a maiori preposito.]
- XVII. kal. 15. [Chunigundis uxor Wulfingi de Ostenim, de qua habemus predium situm super Ód, ut anniversarius eius servatur cum elemosinarum largicione, missarum et vigiliarum celebratione in perpetuum.]
- XI. kal. 21. [In¹] nomine domini. Amen etc. Preteritarum rerum gesta priorum commendabilium virorum impressa sunt a seculo memorie literali, ut legentibus et audientibus proficiant in exemplum, nam sicut iniqui reprobabiliter commendantur, ita honestorum hominum virtus et equitas indigne ab humanis eloquiis reticetur. Nos igitur reverendi domini ac patris nostri, venerabilis abbatis Hainrici dieti de Rain, beneficia intendentes, que operatus est tempore sui regiminis, veridica ratione subfulti, explicamus presentibus et futuris prolacione simplici in hec scripta. In exordio sue primeve etatis idem dominus noster ab infauitilibus annis doctus et educatus est cum suis coevis pueris in hoc loco. Crevit, metas puericie adolescentieque transiens, immunis enormibus excessibus, communis omni studio discipline, placidus et conformis tam fratribus, quam eciam domesticis et advenis in tantum, ut, adhuc sub regulari positus obediencia, nulli ostenderet se molestum. Hoc preambulum sue dignitatis retinens, advenit tempus, quo debuit provehi ad sublimiora. Veruntamen pie recordacionis abbate Marquardi (*sic*) viam universe carnis ingresso, per modum scrutiniû pari consensu et voto, nulla causa vel lite interposita, canonicè ab universis fratribus est electus, quam eciam electionem, scilicet per biduum dilata fuisset, pro sui promocione nobiles et principes terre cum omni instancia petivissent. Itaque cum cetu clericorum et laicorum nobilium et ignobilium ymnis et laudibus intronizatus, ut mos est, infra spacium duorum mensium, prosperitate sibi aridente, confirmacionis, consecracionis pariter et imperialis collacionis gratiam est laudabiliter assecutus. Denique permissione divina hec omnia

¹) *Sequens nota manu sæculi XIV. in folio 8 codicis A, quod dies 17.—23. Maii continet, inscripta spectat ad Hainricum de Rain abbatem IV., qui teste chronico Tegernseensi (Per. thesaur. anecdot. III, 3) die 21. Novembris obiit. Ibi tamen scribi non potuit, quia in folio, quod dies 16.—23. Nov. continet, margine exemplar documenti Hainrici abbatis III. 1270 dati additum est. Ipsum Hainrici nomen ad diem 21. Nov. num re veru inscriptum fuerit, dicere non possumus, membranae parte ea, in qua notae necrologicae dierum 17.—21. Nov. scriptae erant, prorsus excisa.*

operante affuerunt temptatoris maligni fraudes et insidie, que prelati et stabiliti domini nostri bona opera impedirent. In ingressu namque et post ingressum suum cepit gravari omni penuria annone et vini aliorumque, que necessaria fuerunt sue domui, necnon et prebendalium exhibicioni. Exinde post graves expensas, quas fecit in suarum dignitatum celebri assuecione a festo sancti Georii usque ad futurorum proventuum collectivam, comparavit et excredidit omnia, que necessitas exigebat. Cum vero excredita et antiqua debita de novis proventibus reddere debuisset, vindemiato vino et navigio traducto securo ducatus per partes Austrie in dominium et ducatum Inferioris ducis Bawarie est perventum ipsius ducis et suorum officialium cum licencia et conductu. Ibidem universum vinum per invasionem impiissimi predonis Frawenwergerii est ablatum, homines captivati et depecuniati cum rectoris et ceteris possessionibus, que ibi eidem malignanter casualiter occurrebant, per omnia devastatis. Illis pro tholor ita perpetratis, plura dampna prioribus dampnis acceverunt per expensas nunciorum, qui ablaciones istas apud regem tunc, postea imperatorem, restitui laborabant, qui nuncii omnes incassum apud regem, apud principes et officiales procedebant, omni restitutione negata, inanes et vacui revertebantur. Deinde cuncta consolacione prefatus dominus noster derelictus incursionem debitorum, qui sibi sua excrediderant, cottidie sustinebat. Post hec inestimabilia gravamina illata, secundo vero anno emulimta domus sue prebendam fratrum prelibatum dominum nostrum imminens penuria universaliter emere compellebat. Ista mala perpressus, prebende dominorum in nullis derogavit nec domui pepercit, servans incommutabiliter hospitalitatem, ruinas murorum edificiorum renovans, nova edificia construens, videlicet dormitorium fratrum, refectorium estivale, transitus ad beatam Mariam utrosque, vitrorum ornamenta et tabulata plurima faciens, omnes claustrii vias ornans, que dilapse fuerant et desolate. Insuper binarum cappellarum structuram fecit et picturis commendabiliter decoravit, unius capelle ante maius sacarium in honore sancti Bartholomei et sancti Alexii, alius capelle in memoria sancti Michaelis in extremitate cimiterii defanctorum. Sic et alia multa opera edificiorum patravit hic et in partibus Austrie, que sibi competere videbantur. Inter hec testudnavit ambitum per circuitum maximo cum labore subfodiens et educens terram et lapides, donec ad perfeccionem ipsius operis tantam sibi altitudinem coaptaret. Denique lavatorium honestissimum ereum novum fecit, cuius lavatorii trina fusio facta est, ut mercedibus et sumptibus cumulatis prenotatum lavatorium vera existimacione cunctis fere constare liqueat quadringenta talenta. Nam acciones eiusdem domini nostri absurdum est per singula replicare et scripti testimonio non egebant, que visibilibus aspectibus humanis patescunt.]

VI. kal. 26.

[Ulricus Velslozzus ministerialis huius cenobii ob., qui tradidit nobis predium suum in Utenhusen, sicut subscriptum invenitur in anniversario uxoris sue.*¹⁾]

¹⁾ Vide *4. Decembris, Ass. ann. iam Kal. Febr. scripsit*: Udalricus Velsloz, qui pro remedio anime sue et uxorem eius Elyzabeth et Adelhaidis contulit nobis predium suum in Utenhausen, anniv., hic fundavit missam, quam quotidie dicimus in altari ad Omnes Sanctos.

- IV. kal. 28. [Otto com. de Valay ob. anno domini 1268, in cuius vigilia et in die conventui dantur consolationes secundum quantitatem fructuum molen-
dini Mittermül in Gröbe apud ripam Manichvalt, quod illustris dux
Ludwicus Bawarie et uxor sua Anna eadem condicione nec non pro
remedio animarum suarum huic contulerunt monasterio in infirmariam,
et pauperibus modius siguli tribuatur.]

DECEMBER.

- kal. 1. [Meinhardus miles de Gising ob., ministerialis huius ecclesie, qui (ob)
sui et uxoris sue Chunigundis remedium tribuit predium in Baith,
ut fratribus eo die de ipso predio ministretur ab oblegerio et pau-
peribus elemosina detur.¹⁾]
- III. non. 3. [Perichtoldus Velslozzus ministerialis huius monasterii ob. anno domini
1300, qui tradidit nobis húbam in Haunsteten²⁾, ut anniversarium
suum et uxoris sue peragatur vigiliis et missarum celebracionibus,
in oblegia nostra nova asseribi iussit, ut fratribus caritas in refectio-
e cibi et potus inde exhibeatur, cum elemosinarum largitione.]
- II. non. 4. [Alhaacidis uxor Úlrici Velslozzi ob., in cuius remedium nobis idem
Velsloz contulit predium suum situm in Útenhusen, cuius proventus
nobis medius cedet ipso vivente, mortuo vero totus nostris oblagiis
subscriptus.]
- non. 5. [Otto de Porterhaus ob., qui contulit duas curias ibidem pro remedio
anime sue, quas in oblegia nostra asseribi iussit, ut anniversarium
suum missarum et vigiliarum celebracione et elemosinarum largicione
peragatur.]
- VI. id. 8. Camerarius nocte propinat et die ministrat pauperibus modium siguli
de tribus prediis, que bone memorie Wernherus camerarius consensu
felicis Rûdperti abbatis comparavit, sita vero sunt duo apud Walde,
tercium Scharfsperge.* — [Ego³⁾ Rupertus dei gracia Tegernseensis
abbas, diversis rerum providens eventibus et dilecte congregacionis
utilitatibus, universitati fidelium tam presencium, quam futurorum
insinuo, quod Wernherus camerarius et sacrista huius monasterii,
natus de Fünsingen, tria predia comparavit, unum ab Alberone sacer-
dote de Warngo pro quinque talentis, quod in Walde situm est,
aliud a Walchõno de Gemunden et liberis suis pro quatuor talentis,
tercium a Sighardo Scharf et filiis suis pro quatuor talentis, que
apud Sweinpereh sita sunt, consilio et consensu nostro ac tocius
congregacionis statuens, ut ex huius in Concepcione sancte dei geni-
tricis Marie cum erogacione elemosinarum fratribus caritas annuatim
persolvatur. Preterea alia tria predia pro amore sancti patris Bene-
dicti comparavit, unum a monasterio Sewen pro decem talentis, quod
in Stocchahe situm est, et aliud ad Hainrichsprunnen, quod com-
paratum est a Lõdwico censuali sancti Quiryri et uxore eius pro
quatuor talentis, tercium ad Fürt a quodam ingenuo viro pro quatuor
talentis, cum quibus basilicam predicti confessoris, quam et ipse in

¹⁾ Ass. ann. hanc notam iam ad 10. Maii scripsit; pro Baith habet eadem Wayt. ²⁾ Ass. ann.:
Haymsteten. ³⁾ *Scriptura manu recentiore circa annum 1300 in margine addita sunt.*

latere monasterii fabricavit. devote dotavit. statuens, ut in huius basilice dedicacionibus largiciones elemosinarum pauperibus et serviciis confratribus ex hiis tribuantur. Et ut hec institutiones in futuris temporibus convalescant et aput successores nostros maiorem firmitatem habeant. harum literarum attestacione iussimus eas notari. Hic eciam, sacrista factus, thesaurum ecclesie, quem invenit, 14 cappis coccineis auxit et una dalmatica intexta auxit per totum et una casula et uno calice et una columba et duabus tabulis et duabus crucibus liquati operis et deauratis.]

- II. id. 12. Hanricus Sneke ob., qui tradidit nobis hubam in Argart. ut a cellerario hoc die plene ministretur et pauperibus modius siguli (erogetur).
 id. 13. [Hacinricus Aenthloherius ob., qui nostro obligio 10 ũ ordinavit, ut anniversarius memoriter peragatur, pro quibus comparata est curia in Walde, et addite sunt 2 ũ de sacratio.]
 XI. kal. 22. Prepositus integre propinat de predio in Vekkenpiuren. quod contulit nobis Eberhardus iuvenis de Eglingen, cuius anniversarius hodie celebratur.¹⁾ Arbo abb. huius monasterii ob., a preposito colliride, a magistro porte 12 panes et 6 casei pauperibus.
 X. kal. 23. [Gerdrudis uxor Ekperti de Richerspiwer ob., qui Ekpertus contulit conventui curiam in Harthusen comparatam a matre sua Alhaida hac conditione, ut singulis annis conventui in hac die a preposito ministretur, qui etiam ante dictam curiam pro 4 ũ Monacensium redimere curavit.]
 V. kal. 28. [Philippus Rayner ob., tradidit nobis 5 ũ Monacensium.]

— — Item singulis annis circa medium quadragesime peragimus anniversarium novem lectionum pro duce Ludovico Landshute et suis progenitoribus et cum hoc obligamur ad 15 missas pro eisdem per conventum legendas, et potest quilibet legere de tempore sive de sanetis sive pro defanctis addita collecta „Deus indulgentiarum“ pro pluribus.²⁾

NECROLOGIUM UNDENSDORFENSE.

Monasterium Undensdorfense in canonicorum usum secundum s. Augustini regulam viventium ab Ottone palatino Wittelsbacensi circa annum 1120 conditum est. Primum eius necrologium iam dudum perit. Obituarium autem Undensdorfense id. quod adhuc exstat atque in calendario exhibetur secundo XII. ad obitus conscribendos in quatuor columnas ita divisio, ut prima abbatum, secunda canonicorum, tertia conversorum, quarta laicorum reciperet nomina, curiis manibus saeculis XIII.—XVI. conscriptum hodie sub signo „Undersdorf Lit. N. 1.“ in tabulario regio Monacensi (Reichsarchiv) conservatur.

Notae priores, quae paucae sunt, inscriptae sunt circa annum 1205. Circa annos 1220.30 altera manus nomina plurima ex necrologio primo nunc deperdito transcripsit.

¹⁾ Teste Ass. ann. ian 18. Sept.
 paulo recentiore subscriptam legimus.

²⁾ Hanc notam in fine Assignationis anniversariorum manu

ut inter huius manus notas etiam prius mortuorum nomina occurrant quam inter altera manu notata. Saeculis XIII. XIV. XV. necrologium hoc modo confectum permultis notis adanctum est; notae novissimae anno 1523 adscriptae sunt.

Hodie necrologium Undensdorfense non integrum exstat; iam enim saeculo XI. multas vetustiores notas, ut notis scribendis locum non crederentur, continuatores eraserunt, praesertim in columnis prima et secunda.¹⁾ Insuper columnae tertia et quarta ultimi folii, dies 22.—31. Decembris complectentis, penitus excisae sunt.

Brevis huius necrologii epitome iam anno 1784 in Mon. Boicis. XIV. 168—170 publicata est. Hic notae manu prima circa 1205 inscriptae literis maioribus et latius dispositis, nomina manu secunda ante 1230 addita literis maioribus, continuationes annis 1230—1300 adstructae literis et uicis inclusis, notae saeculo XIV. adscriptae literis minoribus, nomina saeculo XV. adiuncta literis minoribus, quae uicis inclusae essent, operam dedimus ut insigantur.

IANUARIUS.

- kal. 1. Hartmannus abb. Fridericus l. ob. Tûta l. ob. Ulricus l. Weraherus l. Geppa l. Haëla l. Gedrudis l. Irmgardis l. Willibireh l. Haenricus Elso l. Ulricus de Swaph(usin). Fridricus. Tûta. Haenricus mil. de Rorbach. Chûnradus l. Hailweich m. Adelhait. [Hiltprandus l. ob. Hainreich l. dictus Chlôstermair.] [O. Dorothea pposa. in Pullenreut, sor. nra. Gregorius prior in Novacella prope Frisingam. loh. Staiger dec. ad S. Andream eis Traismam ob. 1496.]
- IV. non. 2. Sigboto pbr. fr. nr. Hainricus pbr. fr. nr. Marquardus prelatus. Chûnradus l. Haëlebie l. Eberhardus l. Willibireh l. Halica l. Irmgardis l. Gerdrut l. Albrecht de Hertzhaus l. Engelmar l. Reinpertus. Mechthilt l. Hemma l. [Albreht l.] [Caspar abb. Balthasar prior ob. in Stams 1495.]
- III. non. 3. Heinricus pbr. fr. nr. Rûdigerus pbr. fr. nr. Uldarich pbr. et can. Hermanus l. Gedrut l. Uobicus l. Riehgart l. Meingoz. qui dedit nobis duos agros. Lingardis l. Chunigundis l. Hailwich l. Chûnradus l. Hermannus l. Ulricus l. Gedrut l. Riehgart l. Engelmarus.
